show case

Mss.
No. Hav. 43

The Library
OF
HAVERFORD COLLEGE,
(Haverford, Pa.)

The Gift of
J. Rendel Harris + Walter Wood
5 mo. 1889

Latin Paper manuscript of 123 leaves in a hand of the xv Century. It contains the Gospel accompanied by a current commentary.

(Hav. 43.)

J/oa/-

i/oa/

~~1/57-~~

g/o/

[illegible]

85

Conscribere evangelium
cum compulit talis causa. Cum
factum fuisset persecutio
gravis in palestina
ut periclitarentur dispersi
dispersiones ut carentes
forte doctoribus
fidei non carerent doctrina. Petie-
runt matheum ut omnium verborum et operum
Christi conscriberet eius historiam ut
ubicumque erant fratres secum haberent
totius fidei statum. Cum autem ab humana
eius nativitate et humana eius ge-
neracione exposuit compulit impia
impudencia iudeorum deneganc⟨ium⟩
Ihesum Christum de david semine duxisse
genus. Corpus autem ordinacionis suorum
distinavit hoc modo. Primo nativitatem.
Deinde baptismum. Tercio temptacionem.
In quarto doctrinam. Quinto miracula. In
sexto passionem. In septimo resurrectionem
et ascensionem ipsius non solum historiam
de Christo volens exponere per hoc universum
evangelice vite statum docere. Cum non
est quod ex parentibus nascimur nisi iterum
per aquam et spiritum sanctum renati fuerimus
ex deo. quoniam quod de carne nascitur caro
est. quod autem de spiritu spiritus est. Post baptismum
autem necesse est contra dyabolum
stare. Cum ad hoc quod vincitur et redi-
ficatur in baptismo ut contra dyabolum re-
cipiat bellum. Post hec cum omnia superata
temptacione fit ydoneus ad docen-
dum. Siquidem sacerdos est doceat. Et quod
[illegible] non spernatur
doctrina sua bone vite cum mi-
raculis fratres commendet. Cum autem laicus
est operibus doceat fidem. Operibus sese
et hominibus commendet et deo. Deinde quod non
possumus aliter exire de mundo nisi so-
lutum fuerit corpus per quod ingressi su-
mus in mundum necesse est exire nos de
hoc stadio mundi. Et cum omnis vita
nostra temptacio sit. Restat ut tempta-
cionum victoriam resurrectionis nitens
sequatur et gloria. Matheus et sanctorum [illegible] pre-
cipue cum et petrorum evangelistarum qui non so-
lum sermone sed in ipso vite sue conversacio-
ne peccatoribus evangelium predicavit. Quoniam
cum thelonia constitutus consue-

verat pecunias colligere pecunias [illegible]
fuisset ut sermones conscriberet terminis
maiores unde suo exemplo peccatores
ad maiorem penitenciam incitaret quoniam alii fuerunt le-
gentes carnaliter renatorum romanorum. Iste autem di-
ligentissimus dispensator spiritualium pre-
ceptorum. Iste multos pauperes fecerat
fraudando pecunias ut innumerabiles
dites faceret paradisi ministri. Iste magis
insistens domino [illegible] cum voce prophetica
dicentes. Hic mutacio dextere excelsi.

Liber generacionis ihesu Christi filii
david filii abrahe. Liber quasi
apotheca gracie. Dicitur in apothe-
ca diminutivum omnis homo quod de-
sidiat invenit. Et in primo libro omnis
anima quod necesse habet invenit. Liber est quod dicitur
liber generacionis ihesu Christi filii david filii a-
brahe. et quod dicit ysayas. generacionem eius
quis enarrabit. Quasi in divina eius generacione
inenarrabilem esse pronunciat. Iste autem
carnalem exposuit propterea non dixit ihesu
Christi filii david sed filii dei filii ab-
rahe. Et quare in hoc in principio evangelii sui
statim divinitatem eius naturam demonstravit di-
cens. In principio erat verbum et verbum erat apud
deum et cetera. Cum inter gentes in hoc in exi-
lio constitutus quo sermone evangelium ca-
gentium scripsit qui non agnoscebat si
deus filium habet. Ideo superfluum erat primum
eius incarnacionem gentibus dinunciare cum
illi utpote quod esset nescirent. Ideo necesse
fuit illis primum ostendere quod est filius
dei deinde in sequentibus quod carne suscepit
dicens quod verbum caro factum est et habita-
vit in nobis. Matheus autem evangelium iude-
is ebrico sermone conscripsit sicut iam dixi-
mus supra ut iudei legentes edifica-
rentur in fide. Iudei enim satis cognosce-
bant quod est filius dei. Superfluum igitur erat
exponere eius divinitatem eius naturamque qua
ipsi optime cognoscebant. Necessarium autem
fuit misterium incarnacionis eius eis
ostendere. Quare illis non sufficit dicere
illum filium abrahe solius aut david so-
lius quia ad ambos de Christo nasciturus
ex eis promissio erat facta quod dicitur. Et
in semine tuo benedicentur omnes tribus
terre. Quod intelligi non potest nisi in Christo
qui inter ceteros iudeos et gentes numquam
amicicia stabilis fuit. Ad david

autem dicitur ita. Iuravit dominus david veri-
tatem et non frustrabitur eum de fructu
ventris tui ponam super sedem tuam. Ideo
quod in utrisque fuerit duplex ut utrisque pro-
missiones in christo impletas osten-
deret. Deinde quia christus tres dignitates
habuit scilicet tres. Rex propheta sacerdos.
Abraham duos filios habuit et
duas dignitates prophetam scilicet et sacer-
dotem. Sacerdos fuit deus ad illum dicitur
in Genesi. Accipe uxorem tuam. pro-
pheta autem fuit ait dominus ad abima-
lech de illo quia propheta est et orabit
pro te et salvus eris tu et domus tua. Ideo
quod deus filius abrahe et david ut
propheta quidam et sacerdos intelligatur ex
abraham. Rex autem de david. Iste non
non est deus tamen david filius quia david
rex fuit et propheta. Sacerdos autem non fuit.
Ideo quod amborum filius nominatus est ut utri-
usque patris triplex dignitas originalis
iure cognosceretur in christo. Sed quare prius
quam abraham nominavit david precedit
tempore. Prima ratio simplex hec est. Quia propo-
situm erat evangeliste ex abraham generationem
domini inchoare sed prius eum dixit filium
abrahe. Postea autem david inchoa-
bat iterum venit ad abraham et in isto lo-
co bis eum inchoare. Alia autem ratio est quia
regni dignitas est maior quam nature. Nam
et abraham precedebat in tempore et in dignitate
david precedebat. Et quod david maior
erat quam abraham cum quia david est propheta
sicut in petro. Sed audi quomodo david nimia su-
a iusticia confidens dicebat. Domine deus
meus si feci istud. si est iniquitas in mani-
bus meis. Iniquitatem si conspexi in cor-
de meo non exaudiet me dominus. Er-
go dixit ut inveniret [illegible]
non ut iustitiam eum ostenderet. Eius fuit
iactancia eius conspicitur. Abraham pri-
mo fidelium quem deus voluit exemplum
esse sicut dicens ad eum. Exi de terra
tua et de cognatione tua et veni in ter-
ram quam demonstrabo tibi ut homines sci-
ant quomodo non fuerit filius eorum abra-
he et terra illa una promissionis
accipe de qua scriptum est. Credo videre bo-
na domini in terra viventium. quia dederit bo-
na sua corporalia sed abraham corporalem
terram suam et parentes suos carnales

dimittere sicut ille cognatorum suorum di-
misit. Quod autem abraham imitari nolu-
erunt non possunt esse filii abrahe

Abraham autem genuit ysaac

Ysaac interpretatur risus. Risus sanctorum est non
stulta cachinnatio sed rationabilis
cordis gaudium quod fuit per omnia mis-
terium christi. Dicitur enim ille ysaac de
parentibus in extrema senectute do-
natus est leticia suis ut cognosceretur
quod non erat filius nature sed gratie. Sic et in-
ysaac in promissione pro fide parentis ca-
nere videa gaudium cunctis sicut
dixit angelus ad pastores. Ecce evan-
gelizo vobis gaudium magnum quod erit
omni populo. Unde ait apostolus. Postquam venit
plenitudo temporis misit deus filium
suum factum ex muliere factum sub lege.
Sed iste per virginem ille de anima ambo
extra spem nati. Ille postquam mater eius
parere posse desiit. Sed iste ideo de
anicula iam deficiente. iste autem de
virgine. Iam iterum rursus quia ille ysaac iam
fuit generaturus filios in lege cor-
ripienda. Iste autem in gratia prima fu-
tura. Sicut illum non nescimus quia duce-
batur ad immolandum. Sed postquam rursus
est cognovit quia erat oblatus. Sic istum
synagoga non cognovit esse filium dei
cum ducebatur ad mortem. Sed postquam resurrexit
a mortuis tunc cognoverunt eum. Vidi-
Dicit ille ligna portavit ubi fuerat
incendendus et iste lignum portavit in qu-
o erat crucifigendus. Dicit ille non re-
stitit abrahe cum vellet eum occidere sed
dixit. Pater liga manus meas et pedes ne
quando sim in impugnatorem. Sed iste non contra-
dixit patri sed patris providit. Si possibile
est transeat a me calix iste. Sed non sicut
ego volo sed sicut tu pater.

Ysaac autem genuit iacob

Ysaac filius duorum fratrum. Esau a capite
usque ad pedes totus pilosus. Sicut
iste ab initio usque ad finem totum
asperrimum piliis signatur repletum.
Iacob autem totus speciosus et mundus fu-
turus sicut quod totum pietatis decore
fulgebit et non invenietur in illo aspe-
ritas aliqua ut magnitudo peccati. Et quod
admonitus ut cum de utero matris sue ex-
iret esau tenuit plantam eius iacob

hominem. Ebraice Iacob appellatur quod idem
supplantator. Moyses enim ut illius pe-
des egyptii sic ipsius caput. Apparuit
sic et in fine seculi istius statim illius
seculi principium apparebit. Et quemadmo-
dum Esau persequebatur Iacob sic filii
seculi huius persequuntur seculi illius filios.
Et sicut ipse ita et filii eius non resisten-
do sed fugiendo superant malos. Nam
quemadmodum legimus audivit Iacob di-
centem ei: Fili audi me et fuge in
Mesopotamiam donec quiescat ira
fratris tui. Sic et etiam quidem filios su-
os docet cum persecutores patiuntur di-
cens: Cum vos persecuti fuerint in civitate
ista fugite in aliam et date locum ire.

Aut(em) ge(nuit) iudam et fratres eius

Iacob autem genuit Iudam et fratres eius.

Et merito Iacob genuit xii patriarchas in
spiritu non in carne, verbo non in sanguine.
Ipsa sicut ille cum suis xii descendit
in Egiptum ut multiplicaretur. Sic et
Christus cum suis xii apostolis descendit in
mundum et multiplicatus est per totum
mundum sicut res ipsa testatur. Sicut ipse
ille descendit in medullam Egipti ut
manducaret, sic Christus cum apostolis suis
intravit in mundum istum ut medullam
huius mundi manducaret, id est acquireret
sibi. Medulla enim huius mundi sunt homines
sancti. Sicut enim in arbore quamdiu medul-
la fuerit sana floret, cum autem pro-
mesta fuerit tota tandem invete-
do siccatur, sic et quamdiu sunt fideles
stat iste mundus. Ipsa sicut israhelitis
egredientibus de Egipto exinani-
ta est Egiptus, sic et sanctis cum de isto mun-
do predecesserint casurus est iste mundus.
Iudas autem interpretatur confessio, quoniam prius
erat primogenitus quam confessor patris erat fu-
turus dicens: Confiteor tibi domine pater ce-
li et terre. Et sicut meretrici Iudas iunc-
tus erat et dedit illi virgam et anulum,
sic Christus ecclesie meretrici et gentibus
se coniunxit et dedit illi pro mercede co-
mercionis virgam crucis et anulum spon-
sali per baptismum qui signaculum pretende-
ntis fidei que etiam abi lascivo fi-
lio converso dari precepit pater benig-
nus. Et ideo forsitan Thamar uxor

eius meretrix invita vel exacbato qui i-
psa habet intellectum quem retinent et ecclesia
Ipsa quidem quod esset casta in meretrice se
simulavit et facta est exacbato Iude unde
Genesis libri testatur 38. Sic ecclesia autem que
fuerat ecclesia meretrix vel exacbato dei post-
modum autem mutata per fidem Christi facta est casta.

Iudas aut(em) ge(nuit) phares

Iudas autem genuit Phares et Zaram de Thamar.

In misterio iudaicum populum et gentilem. Zara
enim prius extra manus egressus apparuit obste-
trix autem ligavit illi coccineum ad ma-
num signans eum sanguinem esse egressionis. Re-
tracto autem Zara precessit Phares. Inter-
clusa est enim manus in qua erat et Zara inclusus
hic autem in quo erat Phares inclusus adap-
ta est. Ideo et processit primum. Quia iudaicus
primus populus apparuit in luce fidei qui de
vulva tenebrosa mundi precedens et eius
significatus est coccio egressionis puta-
tibus omnibus quod ipse populus dei erat futurus prius
quod positum est ante faciem eius lex qui se-
pis ut impediret iustitiam eius. Sed lex in-
pedivit fidem non adiuvat sicut scriptum est:
postquam venerit preceptum, cum preceptum quidem mor-
tuum est. Ego autem vivebam prius; postquam autem
venit mandatum peccatum revixit, ego autem
mortuus sum. Quod impeditus est populus iudai-
cus per legem ne ad iustitie lucem veniret.
Dubito temporibus Christi rupta est sepis legis
que erat inter iudeos et gentiles. Sicut ait
apostolus: Medium parietem maceriae solvens.
Sic factum est ut ethnicus populus qui primum iu-
daico populo apparente quasi in vulva tenebro-
si mundi tenebatur inclusus. Postquam rupta
est lex per Christi mandata exclusio iuda-
ico populo iste prius processit ad fidem. Et post-
ea sequitur iudaicus populus. Sicut ait apostolus: Cer-
te nunc illud vobis dico: cecitas ex parte contigit in
Israhel donec plenitudo gentium in-
traret et sic omnis Israhel salvus fieret. Dum
autem Zaram qui dicitur in figura fuisse ...
populi gentilis quod primum per prophetas divinatus
apparuit et alii eisdem prophetis divini sangui-
nis coccio signatus est. Dum enim Christi sangui-
ne regnaturus prophetizabatur coccio do-
mini sanguinis significabatur. Phares
autem in figura iudaici populi quod sepe legis
exclusi gentili populo post processit. Io
postea secutum maceriem legis subdi-

nō igitur dicit̄ xp̄s qd̄ ⁊ i^e notat^s
ē zara qd̄ ē oriens l' nobilis. Ist
te aut̄ phares qui ē pars seqū lx̄ts si
aut sp oriens erat futurus p̄ illus
tris. Judaicus aut̄ subiectu legis p̄
cis^s ab eo. Et inde^s qd̄ iudas ex
i^ccesto nurus sue thamar gemīos fili
os suscepisse. Renca aut̄ neqz ex
iniuria neqz ex mente ɔcepit. Enim nō
fuit. q̄ xp̄s amore semīs isrl' fin^x
it se meretrice cū nō eēt. Iste aut̄
nō fuit. q̄ ullus filioꝝ iude habuit
eā sed p^s. Judas cū suo ipi^s expi
meto exterritus noluiss̄ ei accipe
ɔiugē ex filiabz chananeoꝝ. Sz
dedisset ei thamar ex filiabz arā
Her aut̄ eius cū eēt chananea horta
ret^s eū accipe ex gente sue. Ille cō
silio matris usus nō ɔtigit eā. Propt̄ q̄
pcussit eū dn̄s malignatē. Alt̄
aut̄ filius audito q̄ semē fr̄is sui
erat suscitaturus nō sr̄ semē suū ef
fudit i t'rā. Propt̄ qd̄ ⁊ ipe pcussus ē
et sic f̄cm̄ ē ut thamar virgo maner̄
Hc ita gesta cū nesciēs iudas diu
lamentaret̄ ⁊ plangeret petēs q̄
nephandū obp̄briū fecisset i isrl'
⁊ diu dn̄ ɔspiceret̄ ut luct^s sui t̄
minū fec̄et. Astitit ei angl's dn̄i et
hc oīa exposuit ei s^s fuerant gesta
⁊ ɔsolat^s ē eū. Judas aut̄ tante fuit̄
religionis ut p^s ɔgnouit eā nō
fuisse uxore filioꝝ suoꝝ nō accessit
emit ei appropinquare. qm̄ ⁊ sic nō ad
dn̄s ipa nō eā nur^s sic sr̄ ad scīaz
hoīm nurus videba^s. Pudebat ei ho^m
nō tantū corā deo. Sz corā hoībz

Phares aūt genuit esrom.

Quā q̄dā causa ⁊ roē ⁊ q̄ p̄uidētiaz
dī posita sīt noīa credimus in libro
cū esset hii p̄ncipes gentis electū
Q^s aut ca ⁊ roe posita sit vel ipsi
fuerunt q̄ posuerit ⁊ deo respūdēt
ponebā^r. Nos nō q̄ intellige possu^s
i oībz ipis hc loquim^r. Inprimis cū
nulla scriptura canonica hēat d' ist
p̄sonis. Hesron ei s^s hebraicoꝝ
noīnū interp̄res dn̄t interp̄tatur sa
culū videēs. Jacula aut̄ sūt inimici
oēs passiōes carnis carnales q^s
intrinsec^s iaculat' dyabol^s i. atqz
oīms temptatores ad ipsum qui
p̄uenīunt extrinsec^s iaculate dya-
bolo. Oēs deniqz hoīes iniqui qd̄ ad ɔtrouersitatē
vitatē qui sit fr̄es eius excitat^s ī
inimic^s. Jacula eius sūt ɔ q̄bz oībz dicit̄
ap̄ls. Accipite aut̄ oīa scutū fidei
i q̄ possitis oīa iacula maligni
ignea extingue. Q^s g^o videt ē
iaculū vigilās ē contra v'sutias
inimici ⁊ ɔ longo p̄spicit iacula
ei^s ⁊ tenet a scuto fidei susceptu^m
retorquet ad dn̄m. Vel s^s g^o dn̄s
oēs fr̄es suos videtes cē iacu
la sup se veniēn. Q^s aut̄ nō vel
ea venientia sup se quō ea decli
nat. Pt' ⁊ alit' hō iust^s intelligi
iaculū videēs ut sic iaculū xp̄i / ipe
sic ⁊ ipe xp̄s dicat̄. Jaculū p̄tis
ysaia dicente. Et posuit me q̄si sagit
tā electam i pharetra sua. Iste ḡo
sit fidel's ⁊ iaculū xp̄i ⁊ iust^s
a xp̄o ⁊ iaculū ē nō irronabile
sz rōnabile ut videēs ut sciat q̄
debz ɔfigē ⁊ que p̄transire

Esrom aūt genuit aram.

Esrom aut̄ interp̄tat^r visio eoꝝ
vel irritacio eoꝝ l' elatio aut̄
lixius eoꝝ sicut signatio noīm istoꝝ
dat intellige. Estimo q̄ interp̄tatur
ist^s aram filii isrl' i egipto habi
tant multiplicati ⁊ elati ⁊ resulgē
tes. q̄ multiplicacō eoꝝ zelabi
lis fr̄is erat i oclis egiptioꝝ ⁊
irritatō erat sr̄ā ipoꝝ. s. q̄ i exo
do scriptū est. Ecce gens filioꝝ isrl'
multiplicata ē sup nos. Venite g^o
et mutiemus eos ⁊ i tpe eius forsitā
gemētes eos sub depssione e
giptioꝝ dn̄s vidz sicut scriptum ē
Videns vidi afflictionē populi mei q^s
ē i egipto ⁊ gemitū eius audiui
Recto fuit p̄uidēcia dī ⁊ sale no^m
ei īpositū ē. n^t. q̄ irritauerūt
egiptios valde crescētes atqz
elati. Vel q̄ vidit eos dn̄s ita
gemiscentes ⁊ laborātes. Et
ex ɔsideracō tp̄is ipius credi

aram ge^t efrom

efrō ge^t aram

bilis res est. Nam rebus convenerit
filios israel post in opere luti. Deinde per ob-
stetrices. Tercia vice ut expositos
facerent infantes suos in qua expena-
tus est moyses. Deinde ipse aaron
aminadab filiam accepit uxorem
sororem naason. Sunt coniunctiones
ergo una et coniunctiones altera non
ino ino aquas cunsacti sunt ami et
ita fit ut recto multiplicatio filiorum
israel in tempore aram zelabilis sicut fu-
isse intelligatur et afflictio eorum fu-
promisse et dei visitacio prospex-
isse. Cum autem aram qui erat
multiplicatio egipciorum et visitatio
ipsorum super liberos eorum genuit filium
aminadab qui interpretatur gens
desiderata vel populi mei volun-
tarius ~~vel gens desiderata~~ Quod
sola enim fuisset super eos visitatio
dei nisi gens desiderata fuisset
et populus voluntarius. Non fuisset e-
Servitio gipciorum nisi desiderabiles et voluntarii
deo fuisset et usque nunc qui desiderabiles sunt
et voluntarii illi zelabiles sunt et irrita-
tur invidia sui tenebrarum principes sed
ipsum est autem voluntarium eo populum ergo
tem esse desiderabilem. Quod enim voluntarius
est deo et dicit voluntarie sacrificabo
tibi ipse est et desiderabilis apud deum
et quod desiderabilis est deo sine dubio volun-
tarius est quia omnino subiectionem hominis di-
ligit deus et famulatum sed voluntari-
am subiectionem et voluntarium famu-
latum. Natura enim omnes sibi deo sunt quoniam
a deo creata sunt voluntate autem non omnes
sunt dei quia secundum opera dyaboli subsistunt

Aminadab aut

Aminadab autem genuit naason.

Quia erat voluntarius populus vel gens
desiderata genuit naason
qui interpretatur refectio idest requies. Ve-
rumque est voluntarius deo et prebet se deo
desiderabilem apud eum genuit refec-
tionem et requiem. Cognitione autem naa-
son in cuius tempore filii israel de egipto
exierunt qui et princeps factus est super
tribum iude refectio est nominatus quoniam
in tempore eius de servitute egipciorum vio-
lentorum et de laboriosis operibus lute-
is liberati regenerunt et refectio-
nem consecuti sunt in deserto et corporis et
anime. Corporis quidem quia ad libertatem
venerunt corporalem. Anime autem quia post
immundas culturas egipciorum ad no-
ticiam perducti sunt dei viventis. Sed et
columbinus et serpentinus interpretatur naa-
son. Forsan quia prudens erat in bono
sicut serpens simplex autem in malo.
Hic ergo naason secundum divinius exivit
de terra egipti qui fuit princeps inde sed
res ista nec enim poterat iste fieri prin-
ceps sine preceptis eius vixisset nisi forte ali-
quis potat gerere principatum quod non
estimo verum. Quod ergo dicitur in exo-
do quod quinta generatione filii israhel
de egipto exierunt secundum generationes
intelligitur tribus levi. Iacob autem genu-
it amram. Amram autem genuit moy-
sen et aaron. Quatuor itaque generationibus
defunctis in egipto usque amram exi-
ret generatio quinta idest moyses
et aaron. Secundum autem generationem tribus iuda
septima generatio de egipto idem iacob.
Iuda. phares. esrom. aram et amina-
dab. Septimus autem est naason egressus.
Puto autem hoc quia tribus iuda magis
multiplicatur pro omnibus tribubus. In tribus a-
tem levi non sic multiplicabatur quia si le-
vites circa templi obsequium neces-
sarii tantum sunt et minorum libri testantur.
Tamen si videris est quod enoch qui translatus
est septima generatione sic natus. Si videris
est quod noe in generatione decima ab
adam qui misterium fuit christi. Si videris est
quod abraham usque ad legem idem usque ad
moysen septem generationes habentur. Sine
dubio et hoc rationis est quod secundum levi
tribum in quinta generatione egressi sunt de e-
gipto secundum autem tribum iude in septima.
In tribu ergo levi quia generatio
quinta exivit defunctis in egipto qua-
tuor. Hoc puto misterium quoniam omnis
homo ex quatuor elementis causatur
secundum corpus ex aere ex terra ex igne
et aqua. Postquam homo autem per baptismum re-
generatus sit filius dei. Sic qui ergo qua-
tuor elementorum generationes mori-
untur in mundo. Ille non per baptismum
in quinta generatione spiritus exit de mundo.
Hec est quod mortificavit membra sua

· Cap ·

sup t'ram sicut aut aptus q ex qua
tuor gnatoibus elemetoru costat
ut ia no i carne sit s3 i spu ille ve
nit ad pfectione d' mudo · 2 nemo
egredietr · vel d' mudo nisi mortifi
catis illis qtuor gnatoibus cepit
ee i quita ut etia ad eu dicat aptus
Vu aut i carne no es s3 i spu · et hic
quis ergo i tribu iuda alba videtr
ee qda spes rois cu pene eade ra
tio e · Septe em nus misteriu habz
i indulgecie 2 ocij 2 requiei s3 i mul
tis divbus locis · Sex aut nus miste
riu habz opis 2 laboris · pter qd
2 deus oia visibilia sex diebz fecit
septimo a' requievit · et q reliquit
p9 se qcumqz ifra sex dies crea
ta sut h' e infra vniversu mudu hunc
corruptibile 2 implet qd madat · Jo
aptus i epystola canoica sua dices
Filioli nolite diligere mudu neqz ea
q in mudo st' · Ille i septia die e ho
e i xpo 2 requiez3 · Xpc em requies
nra e s3 dict' d' iudeis nuimne itra
tur u i ea ppheta donec iuravi i ira
mea si itroibut i requiem mea · Ille
ociatur ab vniverso ope mudiali q3
sabatizat a malis · sabbatu sciu ille
2 metur i indulgecia · et si aliqd ges
sit huanu ille exivit d' mudo · q a'
tem i mudo e i indulgencia dign9 no
e · Et vide q prudeter sm roes qs
diximus leuite q'dem i quita gnatio
ne ~~exierunt~~ exeut d' egipto · Regales
atem i septima · qm regales modi
cu a' nititum pleruqz delinquut
ipa potestate cogete 2 difficile est
eos sm delicto ee pfectos · pterea si
moderate delinqrunt i indulgencia
digni efficiuntur · leuite aute 2 vi sa
cerdotales pfci 2 speciales sm ma
cula ee debet · Jdo qrut' i illis i q
tuor gnatoibz illis omo mortifica
tis i corpore i quita gnatoe munda
tis · nichil si posse cu ms habe
qsistant nichil si posse cuius habe
...

aut ge salomo

Naason genuit Salmon ·

Salomon aut interpretatur

accipe vas · Iste salome accepit ux
orem noie raab · hec aut raab ipa
dr fuisse raab metrix d' Jericho
q suscepit exploratores 2 legatos
filiorum israhel · 2 cu qrerentur a re
ge Jericho ut occiderentur abscon
dit eos i superiori pte domus sue 2 s
navit i columes · dudices aut fca
filiorum isrl 2 cu qrerent a rege
Jherico dilexit aplius isrl q ppa
gente · Et dupliciter res ista cre
dibilis m ee videtr · pmu cu esset iste
salomo nobilis inter filios israhel
et qa d' tribu erat iuda 2 pr filia
pricipis erat vidit raab illa ita
fidele sic quersa ab bonu 2 a
deo dilecta 2 electa d' Jherico 2 iam
dei preceptu 2 qputata int' filios
isrl qsi magna illa aliqua qstitu
tam accipe salomo i ux
orem · Deinn credo 2 ppt spualis
misterij roem 2 qm raab illa me
trix figura fuit ecclie q cu fuisset
i gentibus metrix 2 cultura ydolo
rum qmaculata suscipiens specu
latores ihu xpi id est aplos i domu
pectorum ~~fuam~~ sui ipsorum · abscondit e
os sursu i memoria capitis sui ut
no invenireet eos dyabolus nec per
deret eos q' signo rubri sp'i 2 p
fenestra dimissi qsi p iudiciu do
mitte passionis salvata 2 educta
d' mudo castificata fca e sponsa
xpi · Et salomo iste decim9 e abra
ham · Dec aut decim9 nus pr nus
e pfectionis misteriu hz xpi p
fca ppt qd 2 pma lra nois ~~ihu~~ xpi
Jota habz dece · Ergo 2 pr salomon
i nuo fuit misterio xpi 2 ita i misterio
fuit ecclie · no sm roe ipa3 credimus
fuisse raab 2 accepisse ea salomo
ne · Forsitan a' ideo 2 interptatur salomo
accipe vas qsi p ipm nome ivita
bat · a pvidencia di ut acciper vas e
lectois raab · Ipa s3 paul9 cu fuisset p
secutor dign9 pbatus i apostolatu
vas electois fcus e estimatr · a ppto
israhel s' qiugio xpi spualit pr vas
electois fcus e xps · Huic misterio
vtrumqz ~~metris~~ meretricis illius

salomo aut

7.m

quomodo nomine. Ipsa enim dicebatur raab
quod interpretatur latitudo vel dilatabatur
quia ex omnibus finibus terre vocata
ecclesia gentium latitudo appellabatur
quia dilatata per credentes in toto orbe terrarum
in toto fundata est mundo. Hec autem ra-
ab postquam nupsit eam salomon vocata
est rachab que interpretatur ascensio vel
enim secundum corporalem ista raab ascendit
facta una ex filiabus israel et dignifi-
cata coniugio talis viri sic et spiritualiter
ista ascendit quia cum fuisset ecclesia
cultrix ydolorum antea facta est socia
angelorum et sponsa christi et filia dei

salomō aut q̄ interpretatur acc

Salmon autem qui interpretatur
accipe vas qualem genuit fi-
lium ex raab booz qui interpre-
tatur in virtute vel virtus in ipso vel pre-
valens. Quia per imperium dei accepit
uxorem Rutham deo promissam in virtute
generat filios et in semetipsis virtute habe-
res et prevalentes. Qui autem uxores ac-
cipiunt ex persuasione dyaboli idest
non religionis instinctu non fideles
in firmitate generant filios nec pre-
valentes nunquam nisi in malo fortes
et ad penam religiositatis sue non ad
gaudium nec ad consolationes videntur
filios genuisse. Hic itaque booz et
accepit uxorem moabitidem nomine
ruth. Quomodo autem accepit eam expo-
nere estimavi superfluum cum de
hiis scripta omnibus sit manifesta. Hoc
autem dicimus solum quoniam et ruth pro
merito fidei sue nupsit eam booz
quia propriam gentem contempsit et terram et
genus et elegit israel et non despexit
socrum viduam similiter et peregrinam
desiderio ducta coniugis huius magis
quam suorum. Deos patrum suorum repulit
et deum viventem elegit verbis dicens
ad socrum suam. Noli obviare
michi ut relinquam te quocumque
ieris ibo et ubicumque manseris mane-
bo. Populus tuus populus meus est et deus tuus
deus meus est. Et ubicumque mortua
fueris moriar et ibi sepeliar. Hec
faciat michi dominus et hec addat si mors
separaverit inter te et me. Et booz

pro merito fidei illius sue illam accepit
uxorem ut ex coniugio eius nasceretur sanctificato
genus regale. Nam senior constitutus
non sibi accepit uxorem sed deo non
propter passionem corporis sui sed propter iu-
sticiam legis ut suscitaret semen
proximo suo. Non magis famosus quam
religione fervencior etate senex
iuvenis autem fide et forsitan nomina-
tus est in virtute vel virtus in ipso nec
prevalens. Quamquam per etatem ad ineun-
dum coniugium est in virtute non est nomi-
nabilis et laudabilis quia est in virtute
sed extra etatem coniugalem iam senes
accipit ex religione virtutem ad co-
niugium merendum sicut iste booz ille
nominabilis et laudabilis est quia ex-
stitit in virtute et minus rationis vel virtus
in ipso est iuvenis enim virtus non est
in ipso sed in iuventute corporis sui
ipsius et postmodum exhausta mar-
cessit. Qui autem in etate sua fidei habet
virtutem sicut habuit booz huius virtus
in ipso est et est inextinguibilis est. Con-
sequenter et ruth interpretatio est appel-
lata nam nisi inspiratio dei fuisset
in ipsa nec dixisset que dixit nec fe-
cisset que fecit. Quam primum laudatur
in ea. Dilectio generis atque simplicitas
atque obediencia atque fides. Dilectio quidem
generis israel quia sic desidera-
bat suscipere filios ex semine israel
et una fieri ex populo dei. Dein circum-
cisionem viri desiderasset quasi
puella lasciva aliquem iuvenem
appetisset. Que autem non lascivie
sue sed religioni satisfacere cupiens
fuit. Familiam potius statim elegit
quam iuvenilem etatem. Simplicitas
autem quia verecunda sub pallium eius
ingressa est nec cogitavit ne forte
sperneret eam quasi vir iustus lasci-
vam puellam atque ne deluderet eam
atque quod quamvis ea consentiret eam de-
lusam sed fecit iusti. Et obaudiens
facta socrus sue consilio confidentem
credidit quia prosperaturus fuerat
deus actum illius sciens conscienciam suam
quia non libido ad hec compulerat sed re-
ligio erat ortata. Qui autem et booz
providerunt humilitas castitas re-

sanctificato

ligio. humilitas et castitas que nec con-
tigit eam quasi lasciuam puellam habere ab-
horruit eam quasi castus lasciuam. Quomodo
ut verbum eius de lege proximitatis audiuit
nichil horum omnium lasciuie imputauit
sed humilitati religioni ascripsit nec des-
pexit quasi diues pauperem nec vir
nec maturus adulescentulam sed spacio
fidei quam corporis mane pressit ad por-
tam prouocauit quemdam ex cognatione
me proximitatis existimauit se priorem
re optinuit spiritualiter non tamen iure
proximitatis quia dei eligentis fauore. Et
ideo forte spiritualis dicitur est. Talis genuit booz ex coniuge

Talis genuit booz ex coniuge

Ruth qualem filium genuit obeth
qui interpretatur subditus. Mundi autem
qui diuicias eligunt et non mores pul-
chritudinem et non fidem et quod in me-
retricibus quoniam solet hoc in coniugiis
optant. Propterea non generant filios sub-
ditos vel sibi vel deo. Sed contuma-
ces sed contra se et contra deum ut filie
eorum non sunt fructus iuste coniunctionis
eorum sed pena condigna irreligiosi-
tatis eorum. Iste autem obeth qui sub-
ditus dicebatur quid genuit refrige-
rium yesse id est secundum sermonem refrigeri-
um appellatur. Ita vere coniuges qui sub-
diti deo et parentibus suis tales filios
generant deo prestante a quibus refrigerentur.
Quoniam qui honorat patrem honorabitur. Qui
autem contumaces existunt et in deum et
in parentes generantes non refrigeria
sibi generant sed dolores ut a filiis suis
recipiant quod fecerunt in parentibus. Adhuc
estimo propter obeth qui subditus nominatus
est et propter yesse qui dicitur est refrigerium
Refert in diebus obeth filii israhel
propter delicta sua traditi erant sub potesta-
te gentis cuiusdam sicut in libro iudicum
frequenter legimus factum. Et quoniam
subditi fuerant facti cuidam genti
conuenienter in tempore illo natus obeth
subditus est appellatus. yesse autem sicut
ex pre colligere de scriptura regnorum
quo anno dauid cepit appropinquare

sanct. iam quot annis regnauit pene
per tempus expleuit samuel sub quo
iudice et propheta placata tota deo fi-
lii israel et corporaliter refrigerati
sunt et spiritualiter bene agentes. Et ideo
forte yesse refrigerium est appellatus. Iesse autem genuit dauid regem

Iesse autem genuit dauid regem.

Quia deus in generatione nostrorum
et generatio nostrorum benedicetur. De
dauid autem si quid tamen dicere possumus
sunt in scriptura regnorum. Ideo pre-
mittentes omnia hec dicamus solum
quod et in nomine xpi fuit ymago. Dauid
autem interpretatur sufficiens manu uel
dilectus sicut fuit et xpistus et in bello fortis
et potens. et per dilectus et in suis acti-
bus et in misericordia sua et in mansue-
tudine sua prophetatio fuit xpi. et quod
dictum in actibus suis iustis a iustis
auctoribus suis in iustis. Sic ipso et pecto
suo pessimo xpi et ecclesie misterium
fuit. Sicut enim cum esset lectus in solario
excelso suo vidit speciosam barsabee
et concupiuit eam et habuit cum adhuc
esset in coniugio alieno tunc sic et xpistus
cum esset in celo suo altissimo adhuc
lectus in sua diuinitate vidit ecclesiam
gentium speciosam per cor displicento
sibi in sortibus eorum errorum suorum
et bonis operibus se diluente. cum ad-
huc dyaboli esset coniunx vidit eam
et concupiuit eam et habuit eam sponsus
Post hec autem descendens in mundum
sicut dauid peccauit fecit vria uxor
est eius per in coniugio suppressit sic et xpistus
destructo dyabolo subditas ex gen-
tes traxit in coniugium eius. Iterum fuit
dauid primum barsabee habuit cum
adhuc esset sub proprio viro peccato legiti-
ma accepit uxorem sic et xpistus et te
fecit ecclesie et non facit et ante recte
nichil enim prius habuit quod nedum age-
tile in possibile. Cum adducat cum ad
fidem suam corneliu(m) diuturi
ad fidem suam per ministerium petri. Sed a-
liquando habuit animam eius operans
et ea rationes assiduas et iustas

elemosinas s(ecundu)m ap(osto)lo(rum) testant(ur).
Centurione(m) vo(ca)vit ad fide(m) sua(m)
d(icen)s p(ost)q(uam) cu(m) adhuc e(ss)et s(u)b dya(bo)lo habuit
a(n)i(m)a(m) ei(us) operans dilecc(i)o(n)em gentis
dei (et) edificans synagogas sic (et)
dyabolu(m) facie(n)s Balea(m) i(m)possi(bi)le
e(st) ut aliq(ue)m xp(ist)ianor(um) ad p(er)fidia(m)
trahat nec p(ro)ut cu(m) adhuc s(u)b xp(ist)o
e(st) habuit a(n)i(m)am ei(us) (et) op(er)at(us) i(n) ea
p(ro)priu(m) opus suu(m) (et) p(ro)baverit (con)se(n)-
sum ip(s)i(us). Et p(ro)ut Iuda(m) q(ui)a
eu(m) a xp(ist)o (et) sibi (con)iungeret
p(ro)ut habuit eu(m) op(er)at(us) i(n) eo cupi-
ditatem pecuniar(um) (et) furta postq(uam)
delectatus e(st) i(n) co(n)sciencia ei(us) sibi
(con)venienti tu(n)c (com)pulit eu(m) trade(re)
xp(istu)m (et) transire ad sua. Barsabee
aut(em) i(n)t(er)p(re)tat(ur) filia potentis
q(uo)d nome(n) s(ecundu)m misteriu(m) ecc(les)ie h(abe)t
ydonea(m) racione(m). Ecc(les)ia e(ni)m nup-
ta (con)tra v(er)o David f(ac)ta e(st) filia dei o(m)-
nipotentis q(ue) p(ri)us filia dyaboli
~~dicebat~~ videbat(ur) fuisse. Adhuc
i(n)t(er)p(re)tat(ur) Barsabee e(st) v(er)a dupli-
cata i(n) fine puteus. Septimus q(uo)q(ue)
corporaliter (et) sp(irit)ualit(er) hab(et) inte(n)-
cionem (con)venie(n)te(m) q(uo)m s(ecundu)m d(ic)at no-
bis i(n)tellige(re) scriptura paralipo-
mene(n). Uxores septe(m) habuit Da-
vid ex q(ui)b(us) filios genuit sex q(ui)b(us)
q(uo)s accepit i(n) Ebron. Septima aute(m)
i(n) Iherosolimis Barsabee puteu(s)
a(lter) i(n) p(ro)verbiis Salomonis (con)ti(ne)tur
(et) alteru(m) i(n)teriore(m) habeat n(ec)ess(ariu)m
lecc(i)o(n)em cu(m) i(n) p(ri)ma facie uxores sig-
nificat(ur). ut d(ic)t(u)m uxoribus p(ro)p(r)iis vi-
ru(m) p(er)mane(re) debere dicens. Bibe
aqua(m) de tuis vasis (et) de puteoru(m)
tuoru(m) fontib(us). Si ergo putei ux-
ores i(n)telliguntur (con)venient(er) Bar-
sabee septimus puteus i(n)t(er)p(re)ta(tur)
q(ui)a (et) septima extitit uxor. Sic et
xp(istu)s septi(mu)s ecc(les)iar(um) spo(n)s(u)s habe(tur).
Q(ue) ta(me)n (com)mun(ite)s i(n)numerabiles s(un)t ecc(les)ie
s(ecundu)m diversitate(m) locoru(m) tamen
o(mn)es septe(m) dicu(n)t(ur). p(ro)p(ter) sp(irit)u(m) sep-
tem q(ui)b(us) sustentat(ur) o(mn)is ecc(les)ia
Un(de) ~~Iohes~~ (et) ~~paul(us)~~ ap(osto)lus ad septe(m)
ecc(les)ias scribu(n)t q(ua)si ad o(mn)es. // De
regibus aut(em) residuis dic(er)e aliq(ui)d

visum e(st) michi sup(er)fluu(m) cu(m) desid(e)-
rantib(us) dic(er)e vel audire de eis suf-
ficiat scriptura regnor(um). S(ecundu)m (e)n(im) se(cun)d(u)m q(uo)d
hebraicoru(m) s(er)monu(m) interpretes
tradideru(n)t no(m)i(n)a eoru(m) actib(us) co(n)-
aptare te(m)ptamus ut dei p(ro)viden-
cia(m) (et) i(n) ip(s)is hom(in)u(m) nominibus osten-
damus (et) sp(irit)ualem delectacione(m) audi-
enti ip(s)o (con)ci(p)iamus. David aut(em) genuit Salomo(nem)

David a(u)t(em) gen(ui)t Salomon.

Salomo(n) aut(em) i(n)t(er)p(re)ta(tur) pacifi-
cus aut(em) (con)t(ra) app(e)llat(us) q(uo)niam
o(mn)ib(us) i(n) circuitu gentib(us) (et) paci-
ficis (et) tributa reddentib(us) pacifi-
cu(m) habuit regnu(m). Ita ut te(m)plu(m)
deo edificaret v(er)e(n)s eciam miste-
rio genciu(m) q(ua)m i(n) figura(m) fuit ve(r)u(m)
xp(ist)i pacifici q(ui) (con)fugientib(us) ad se
p(er) fide(m) gentib(us) univ(er)sis (et) bonor(um)
op(er)u(m) sp(irit)ualia tributa solue(n)tib(us)
pacificu(m) habuit regnu(m). Ita ut ex
vivis lapidib(us) no(n) solu(m) Iudeis s(ed)
ecia(m) gentib(us) unu(m) te(m)plu(m) d(e)o edi-
ficaret v(er)eti. Salomo(n) aut(em) genuit Roboa(m)

Salomon a(u)t(em) ge(nuit) Roboam

Roboam i(n)t(er)p(re)tat(ur) i(m)petus
i(n) multitudi(n)e p(o)p(u)li. Estimo q(uo)d
pater quid ei(us) s(ecundu)m o(mn)i(u)m regu(m) p(re)ces
ex bono p(ro)posito nome(n) ei imposuit
Roboa(m) aut(em) ex dei p(ro)videncia s(ecundu)m et
o(mn)i(u)m regu(m) no(m)i(n)a s(ecundu)m actus eor(um) p(ro)
dispensavit no(m)i(n)e. Sive i(n) bono sive
i(n) malo. Salomo(n) aut(em) cu(m) h(ab)ere(t) reg-
nu(m) valde m(u)lt(i)plicatu(m) meritis pa-
tris sui (et) suis q(uia) dilexerat eu(m) de(us)
i(n) p(ri)mis natu(m) sibi i(n) t(em)p(or)e illo filiu(m)
appellavit Roboa(m) id (est) m(u)ltitudi-
ne(m) p(o)p(u)li q(ua)si s(ecundu)m i(n) m(u)ltitudi(n)e p(o)p(u)li
ut s(ecundu)m statu(m) regni sui m(u)ltiplici
no(m)i(n)aret(ur) fili(us) ei(us). P(ro)videncia aut(em)
dei q(ue) s(ci)ebat p(re)cio(rum) futuru(m) dissidiu(m)
regni sui passur(us) dispe(n)savit ut
dicat(ur) i(n) m(u)ltitudi(n)e p(o)p(u)li q(uo)n(iam) q(uo)n(iam)
fuit i(n) m(u)ltitudi(n)e p(o)p(u)li statim sedi-
cione(m) m(u)ltitudi(n)is patit(ur). Multi-
tudo e(ni)m p(er) e(st) sedic(i)o(n)is (et) (con)tumma-
cia q(ui)a q(ui)c(qui)d a m(u)ltis petit(ur) plerumq(ue)
manet i(n)vindicabile. Paucitas
aut(em) e(st) magistra discipline. Estimo
q(uod) Salomon (et) Roboam i(n) misterio

xpi fuerunt qsi in misterio xpi fuerit
consequenter et in misterio ipsi xpia
ni. Nam cum sint omnes xpiani corpus
xpi racione vnionis ipse xpianus acci
piendus est xps. Sic salomon in miste
rio ipsi sunt xpiani sub incipientis
roboam dicitur in misterio ipsi iam ma
le sinentes. Nam sicut circa senectute
Salomone peccante excitavit dominus
sathan super eam et detroncavit ex parte
modica regnum eius. Sic tempore autem robo
am abicientis consilia seniorum et seque
ntis consilia iuvenum coetaneorum suorum
ad plenum scissum est regnum stante de
cem tribubus recedentibus et propriam autem
facientibus regem due tribus tantummodo
remanerent sub roboam. Sic ipse xpi
anus in primis sub agens prosperatus est. Sed
procedente autem tempore cum cepisset declin
are ipse xpianus et amare quod carnis
est et mundi quasi filia pharaonis que
dyabolus subministrat princeps car
nis et mundi ad temptacionem xpiano
rum excitavit deus super ipsum xpia
num spiritum scismatis. Et in primis quidem
debilitatus est xpianus ipse in quibusdam
scismatibus. Sed novissime autem ipsi
xpiani quasi in tempore Roboam habundante
iniquitate et refrigescente caritate
plenius conscissus est ipse xpianus. Ita
ut maxima pars xpianorum dividerentur
in hereses et facerent sibi proprios episco
pos quasi proprios reges et vix paucissi
mi xpiani remanerent in ecclesia xpi
sub xpo. Et sicut tunc Roboam abiciens
consilia seniorum et coetaneorum suorum
sequens occasionem prebuit dissidionis
illius. Sic et circa finem episcopi in
quentes consilia seniorum apostolorum et
prophetarum. Sed quod consiliati fuerant epis
copos conversari debere ut episco
patum suum detractare et secuti consi
lia coetaneorum suorum innovum consi
liancium episcopum opportere diui
tem fieri et hospitalitatem et timorem
abicere et talia quedam alloquium quod mo
neat planxum dederunt occasionem
diabolo faciendarum perversionum non
attendentes quod dominus dicit. Si autem ce
perit dispensator dicere quod dominus moram
fecit et ceperit castigare pueros et
ancillas et manducare et bibere cum

ebriosis veniet dominus eius in die qua
nescit et hora qua ignorat et dividet
eum. Et iterum quod precepit petrus ~~[illegible]~~
eum non ut dominantes sed
quasi episcopatum tenentes. Sed paulus
nominatus in bonum de vita generat
enim lites et primo eorum sicut cauere se
pit et item formetur habens formam
bonorum que a me audisti. Sed quod pros
peracionis prima ipsi xpiani et de adver
sitate novissima prophetatur in psal
mos de prosperacione prima sicut Tunc
locutus est aspectu filiis tuis et dix
isti etc. quod sequitur de adversitate autem
novissima sicut Tu vero repulisti et pro
nichilo deduxisti et distulisti xpm
tuum et cetera quod sequitur. Et vide quod
quomodo nunc in regno quis inde quedam
reges extiterunt peccatores quidam
autem mediocriter peccatores in regno a
utem istorum nemo regum inventus est iustus
sic et in ecclesia invenimus quidam epis
copi et pastores. Sed in heresibus autem ne
mo inveniuntur rectus omnino. Nam bonis pro
nersi quasi in auro quedam invenimus et sordes
in sordibus autem non invenimus aurum roboam autem genuit abiam

Roboam genuit abiam.

Abias autem interpretatur pater veni
ens vel pater meus hic forsitan
hic abias similis natus fuerat
patri suo corpore. Ideo appellaverunt
eum pater veniens quasi alter pater nascens
vel pater meus hic quasi pater suus hic fu
isset ymago. Providencia autem dei enim
sicut ordinavit vocari quod sicut roboam cepit
rege postea autem extitit peccator in deu

Abias autem genuit asa. Sicut et abias Abias genuit asaph
Asaph autem interpretatur vngue
ntum. Iste enim asaph valde fuit
perfectus corde et placens deo sicut regum
liber ostendit. Propterea forte est
ordinatum a deo ut appellaretur vn
guentum quod sicut vnguentum et in hyeme
floridum est boni quod odoris est et homines
de odore suo delectant atque impinguat
cum ex eo vncti fuerint sic et iustus in
hyeme temptacionis inmarcessibilis
et fidelis manet sicut et fuit asaph et
bone opinionis et hystoria scripta
de eo delectat legentem et edificat
et impinguat et ad desiderium sue sa
nitatis excitat viros prudentes Asaph autem genuit iosaphat

Asa autem genuit iosaphat

Josaphat autem interpretatur dominus iudex
puto quod asaph pater eius cum propter iusticiam
eius cum dominus prosperasset in omnibus inimi
cos eius confregisset ante faciem eius sicut
scriptura testatur regnorum. Quem in
nomine ipso filii sui confessionem offerens
deo iudici iusto vocavit eum dominus iu
dex. Nam vere iudicis iusticie est bene agen
tem remunerare et negligentem cor
ripere sicut fecit dominus asaph. Nam prius
ethiopes et libeos virtute innume
rabile deus exposuisset ante faciem eius
postea   sibi regi israhel
baasa syriorum auxilium petiit adversus
eum propter quod et misit ad eum ananiam
prophetam dicentem. Sicut quia confidis in re
gem et non confideris in dominum deum tuum
propterea salvus facta est virtus syrie
de tua manu. Nonne ethiopes et
libees erant in virtute magna et in cur
rus et equites multitudine copio
sam et cum confideres in deum tradidit il
los in manus tuas. Quoniam oculi domini res
piciunt in omnem terram ad confirmandum
qui est perfecto corde ad eum evanuisti ergo
isto propter quam diffidenciam puto et in
senectute doluit pedes quod dominus
iustus iudex pro omnia fuit in eo. Nec mo
dicam iusticiam suorum fuorum sine re
muneratione relinquit. Nec modicam
culpam sine correctione dissimulat. Et
in filio eius Josaphat quod hoc nomine voca
batur iustus et iudex extitit quoniam et ipso
consulens fuit sicut et pater eius asaph et adhuc
amplius propter hoc et dominus iustus iudex et
plus adhuc exaltat et glorificavit
nunc Josaphat quam per quod prem eius a
saph. Ita ut omnes reges in circuitu
eius munera ei offerrent quemadmodum
salomoni. Sed cum fecisset amicicias cum
achab et dedisset ei auxilium asten
dens ad bellum circumdederunt eum
curris et cum periclitaretur occidi ex
clamavit ad dominum et eripuit eum.
Tunc autem interfecto achab revertetur
in ierusalem misit ad eum iheu prophetam fi
lium anane dicentem. Si impio rem
illum adiuvisti et illis qui oderunt do
minum amicis es. Et in hoc ita supra te
a facie domini nisi sermones boni in
venti fuissent tecum quoniam abstulisti lu

cos de terra iuda et parasti cor tuum ad
requirendum dominum. Vides quod nec dari
oportet auxilium inimicis dei nec ab
eis accipere. Quoniam autem nec accipere opor
tet ab inimicis dei docet nec supra dicta
historia de asaph. Quoniam vero nec dare
instruit nos hec scriptura de Josaphat.
Qui enim petit auxilium ab inimicis dei
desperat validiores se estimans ini
micos dei quam deum. Qui autem dat auxilium
inimicis dei et adversarius deo deo nec
volente contere inimicum suum ipse eum
enim defendere temptat. *Josaphat autem genuit Ioram*

Josaphat genuit ioram.

Joram Joras autem interpretatur dominus alti
tudo et hunc Joram simul pater suus Jo
saphat prosperatus nimis et exalta
tus in regno quasi confitens deo vo
cavit filium suum dominus altitudo. Tamquam
si diceret dominus est altitudo que me non meri
to meo sed misericordia sua fecit in
altitudine saltem forsitan et prudencia
dei quod et ipse erat futurus et superbus
sic eum nominari disposuit. Nam iste Joras
in magnitudine diviciarum est elatus et val
de impie gessit in deum sicut liber reg
norum et paralipomenon testatur habens
uxorem gotolliam filiam iesabelis et achab.
Cuius consilio etiam eius valde extitit iniquus
in deum et elatus ipse altitudines sibi quasi
si deum fecerat confidens in altitudine. Omnis
enim homo malum ipsum cui servit deum
sibi facit. Nam ita elatus est ut etiam fratres
suos omnes occideret quos ei quasi adiuto
res et consiliatores inimicos reputat propter quod
quia omnia permisit eum dominus passione iniussiam
et   ita ut ante biduum mortis
sue intestina sua putrefacta iactaret. *Joras autem genuit othoziam*

Joram autem genuit oziam.

Othozias autem genuit amasiam. Ama
sias autem genuit oziam. Et iste
versus ad tres generationes ex conspe
ctu per matheum precidit de numero regum
de inmundo et maledicto semine natos
in generationibus christi prophetes enumerare.
Joram enim ex semine achab et iesa
bel accipiens sibi uxorem gotolliam
nomine genuit ex ea othoziam. Otho
zias autem Johas. Joas autem amasiam
in quo completur generatio quarta seminis iniqui

et maledicti. Athab enim rex israel accipiens sibi uxorem iesabel filiam sydonum regis contra dei preceptum impiam nimis multas impietates commisit in deum. Ita se instigante propter quod spiritus sanctus contestatur per prophetam dicens. ut disperderet omnem masculum de domo athab. Quam prophetiam implevit filius namsi unctus a puero qui sibi missus erat ab heliseo et accepit promissionem ut usque ad quartam generationem sederent filii eius in sede regni super israel. Quanta ergo benedictio facta est super yeu quam benedictam fecerat super domum athab tanta maledictio super domum iora propter filiam iniqui athab et iesabel et usque ad quartam generationem perdantur filii eius de domo regum. et sic peccatum eius descendit in filios eius. secundum quod fuerat scriptum. patrum peccata in filios usque in terciam et quartam generationem. Videte ergo per istam scripturam quam periculosum est inire coniugia impiorum ex genere. sicut iora et quam gloriosum est benedictam in impios facere sicut fecit ieu. Revertamur ergo ad historiam regnorum premissam. Amasias genuit osiam. Iste osias interpretatur filius nobilis. Et autem causa vocavit eum pater suus nobilem non estimatur nisi si quis estimet speciosum eum fuisse natum aut forte et primitivum fuisse. Quoniam tunc primitivi apud illos clari et honorabiles habebantur. tamen et secundum deum contrarium ad alios qui ex maledicto semine descendunt reges. Et secundum deum nobilis fuit quia fecit ozias quod placitum erat deo in omnibus. Admiratus a deo est propter quod cum fuisset prosperatus prosperatus a deo elatum est cor eius et dignum non se estimavit etiam sacerdotali officio fungi. Ita quod cum usurpasset sibi thuribulum inferre in templum et resisterent ei filii aaron et levite quasi illicita appetenti comminatus est eis quasi rex sub potestate [illegible] [illegible]. Confestim autem percussit eum deus lepra et visa est lepra in fronte eius et exilivit

foras et sedit domi usque ad mortem suam leprosus. Videte quam illicitum usurpare opus quod a deo non est commissum. Et quale peccatum laycus usurpans sibi opus clericale. tale facit peior vel si usurpaverit sibi opus dyaconi et dyaconus si usurpaverit sibi opus presbiteri et presbiter si episcopalem appecierit potestatem. Et vide quod secundum quod prolongabatur generatio orta de illa familia maledicta et paulatim per generationes minuebatur in eis iniquitas. Ecce tibi othozias peior fuit omnibus post ioram patrem suum. Interpretatur autem othozias possessio invisibilis patrem autem eius cum fuisset impius non possumus suspicari secundum deum filio suo posuisse vocabulum possessio invisibilis nisi forte secundum dyabolum a quo seductus variis fluctuabat erroribus. Huius autem filius ioas iam melior fuit eo sed non ad plenum nam quam diu vixit ioiada sacerdos qui unxerat eum in regem valde puerum et eripuerat eum de manu athalie avie sue que occiderat omnes nepotes suos ut ipsa regnaret fecit quod placitum erat deo. Postquam autem mortuus est ioiada quem forte erubescebat quasi senem sacerdotem et quasi autorem vite sue et regni imitatus est et fecit malum coram domino. Denique cum vidisset spiritus sanctus zachariam filium eius et dixisset ei. Hec dicit dominus quare preteristi mandatum domini non erit vobis in prosperum quia dereliquisti dominum et ille delinquet vos insurrexerunt in eum et sic lapidaverunt eum ex precepto regis. propter quod et nomen eius quementer interpretatur prolongatio temporis mutavit eum in peius. Ita amasias paulo melior extitit quam ioas. Est iam Amasias filius eius in primis placuit deo sicut ioas sed postea malignatus est sicut ioas sed in hoc fuit melior quam ioas pater suus quia ioas [illegible] se prophetam lapidibus interfecit et hoc filium ioiade

de sacerdotibus regi fecerat suum. Amasia autem cum misisset ad eum deus balaam prophetam dicentem. Quare quesisti deos qui non liberaverunt populum suum de manu tua non michi fecit sed comminatus rudit ei. Numquid consiliarium regis dedi te. Cave tibi ne flagelleris. Item ozias filius amasie melior fuit omnibus illis precedentibus eum et si non fuit reprehensibilis quia opus sacerdotum affectavit. Videmus tamen per hoc et dei iudicium iustum. Sed enim ozias prolongato multo generationum numerus magis extiterat ceteris ex generatione maledicta progenitis non tamen perfectus fuit quia adhuc aliquid habuit ex generationibus illius. Sic et deus non eum prefudit de numero regum quia fecit quod placitum erat deo percussit eum lepra propter iactanciam eius ut domi sederet ut videtur non de numero generationis. Precisus sed fructuosis ex parte Zara / stirpis Dauid.

Ozias autem genuit Ioatham

Ioatham autem interpretatur perfectus vel dominus inmaculatus. Et vere perfectus fuit hic ioatham in comparatione ad reges se precedentes dominus inmaculatus quia fecit quod placitum erat deo. Et nulla reprehensio eius legitur in scriptura regnorum.

Ioatham autem genuit achaz

Achaz autem interpretatur firmamentum domini et virtus. Ioatham autem cum esset verus et fidelis deum firmamentum suum et virtutem credens dominum esse a quo et fuerat prosperatus in regno quasi confidens firmamentum suum et virtutem esse deum vocavit filium suum achaz id est firmamentum domini et virtutem. Ille autem non fuit firmamentum domini neque virtus. Neque enim formavit deus in bono sed dyabolus in malo qui fuit dominus eius. Nam valde impie gessit in deum sicut testatur scriptura regnorum et paralipomenon. Quare autem appellatus est achaz firmamentum domini et virtus religionem quidem prius ostendit ipsius domini

ciam quam sed a generatione prius fecit sicut a proprietate nominis sui ipsum perdidit nisi forte quod apud ysaiam prophetam positum est hoc modo. Et factum est in diebus achaz filii ioathe regis iuda ascendit rasim rex syrie et facee filius romelie rex israel ad ierusalem expugnare eam et non potuit debellare eam. Et annunciatum est in domo dauid dicentibus. Consensit syria cum effraym et expavit anima eius et anima plebis eius sicut in silva cum a vento movetur. Et dixit dominus ad ysayam. Exi in obviam achaz tu et qui derelictus est iasub filius tuus ad piscinam superioris vie ville fullonis et dices. Vide ut quiescas et noli timere neque anima tua langueschat a duobus caudis titionum fumigantibus istis. Cum enim ira furoris mei facta fuit iterum sanabo. Quoniam filius aram et filius romelie qui cogitaverunt cogitationem pessimam dicentes. Ascendamus in iudam et colloquentes eis queremus eos ad nos et regem statuemus eis filium thabeel. Hec dicit sabaoth dominus adonay non manebit cogitatio ista neque sic fiet. Et forsitan sic confortatus achaz cum genuisset filium vocavit nomen eius ezechias. Ezechias autem interpretatur confortavit dominus vel impleta est in ezechia confortatio domini cuius animus extitit fervens super omnes reges qui fuerunt ante eum. Nam inter cetera bona que prestitit ei deus cum misisset ad eum sennacherib rex assiriorum rapsacem principem milicie sue et libellum plenum imperiis et blasphemiis contra deum sicut exponit ysayas propheta. Ezechias accepit libellum et ingressus est in templum aperuit ante deum et oravit et confestim missus est ad eum ysayas propheta annuncians ei protectionem domini et confortans eum. Et exiit ad preces ezechie angelus a facie et percussit in castris assiriorum centum octoginta quinque milia virorum. Qualia autem fuerint verba rapsacis et qualis oratio ezechie et qualis confortatio ysaye lege in ysaia et paralipomenon cum exposita oratione in propheta.

ezechias autem genuit manassen

Manasses autem interpretatur ab insurgente vel ex oblivione. Quam interpretationem commendat et liber genesis nisi cum natus fuisset in egipto filius joseph vocavit nomen eius manasses dicens: Oblivisci me fecit dominus laborum meorum et omnium patris mei. Et si ab insurgente intelligatur, scilicet dicere possumus quod forte ab insurgente sennacherib super eum liberavit eum dominus, ideo quasi gracias agens deo postea in nomine filii sui vocavit eum manassen. Si autem intelligatur ex oblivione, sic alio modo estimari posset, scilicet quoniam non faciebat filium propter quod cum genuisset filium vocavit nomen eius ex oblivione quasi ex desperatione filium natum sibi. Hec forsitan propositum bonum estimabimus patris. Alioquin propter actum manasses aliter est estimandus quoniam pater quando eius ille proposito vocavit eum manassen. Providencia autem dei forte eum dispensavit vocari quod oblivisciturus fuerat omnem conversationem sanctam patris sui et omnia beneficia dei pro merito eius collata, et ipso stimulatus ab insurgente dyabolo qui solet insurgere contra genus humanum ad evertendum gestitus omnia que deum ad iracundiam provocaret. Denique cum egrotasset ezechias in tempore quodam et venisset ad eum ysaias propheta ad visitandum, vocavit ezechias filium suum manassen ante se et cepit ei mandare quomodo timeret deum, quomodo regeret regnum et alia multa. Et dixit eum ysaias: Vere quod non descendunt verba tua in cor eius sed et in me ipsum oportet per manus eius interfici. Quod audiens ezechias volebat filium suum interficere dicens: quod melius est me sine filio mori quam talem filium relinquere qui et deum exasperet et sanctos eius persequatur. Tenuit autem vix eum propheta ysayas dicens: Irritum facias deus consilium tuum hoc. Videns ezechie religionem quod plus amabat deum quam filium. Tamen cum multa gessisset impie hic manasses, adduxit super eum principes virtutis regis assur et comprehenderunt manassen in domibus et ligaverunt eum in compedibus et perduxerunt eum in babiloniam, et erat ligatus et concathenatus in domo carceris, et dabatur ei tenuatus et aqua cum aceto modica ad mensuram ut viveret tantum. Et erat constrictus et in doloribus valde. Et in eo cum vehementer affligeretur, quesivit faciem dei sui et oravit deum, que oracio extat. Et audivit dominus vocem suam et misertus est ei. Et facta est circa eum flamma ignis et liquefacta sunt omnia vincula eius, et liberavit dominus manassen ex omni tribulacione eius, et reversus est in ierusalem in regnum suum. Et cognovit dominum manasses dicens: Ipse est dominus solus, et servivit domino in toto corde suo et in tota anima sua omnibus diebus vite sue, et reputatus est iustus. Et ideo forte vocatus est ab insurgente vel ex oblivione quod liberavit eum deus ab insurgentibus et ex oblivione memor dei fruens. manasses autem ge[...]

Amon interpretatur fortitudo et fidelis. Ante penitenciam genuit amon cum malignaretur in ydolis; non possumus estimare quasi religionis causa vocavit eum fortitudinem, sed causa audacie corporalis forte, et solent barbare gentes nomina suis imponere ad devastationem respicientium bestiarum ferarum, ut rapacium vulturum, gloriosum putantes filios tales habere ad bellum insanientes et sanguinem. Si autem post penitenciam genuit eum, credibile est quod causa religionis vocavit eum fortitudinem. Adhuc interpretatur amon et alii onerantis vel populum abrumpentis. Amon: Quod si autem post penitenciam genuit filium, non admitto qua causa forte nominavit eum. Si autem post penitenciam, ydonea racio est: Memor enim gestorum suorum malorum humilitatis causa ad futurum ipsius.

Vocavit eum onerantis vel populum abrumpentis, ac si dicat filius peccatoris. Quoniam rex qui peccat in se ipsum onerat et abrumpit a deo, et populum suo exemplo onerat peccatis et abrumpit a deo. Sic fecit et fecit manasses one-

reus et abrumpens a deo populum suum in pietatis. Nam et ipse Amos non fuit fortitudo secundum deum sed fortitudo secundum dyabolum. Fuit enim valde iniquus in extremo opera sua maligna quibus provocatus fuerat Manassem etiam deum posse se fallere estimaret dicens pater meus ex sua iuventute sua multa iniqua fecit et in senectute penituit et ego vitam meam abusabo secundum quod desiderat anima mea et postmodum convertar ad dominum. Et sic factus est fortitudo maligna et oneravit se ipsum per invidiosis et iniquis ordinationibus et sue malignitatis exemplo abrupit populum magis a deo quam pater ipsius. Et ideo forsitan sic nominatus est secundum providenciam dei et exterminavit eum dominus deus. Velociter attendite laycane quod ex vobis cogitationem Amos in corde suo ponat quoniam qui talia cogitans peccat non ex infirmitate carnis victus delinquit sed ex proposito malo qui amicus est mali ipsius

Josias interpretatur ubi est hostia domino vel salus domini. Forsitan Amos secundum cor suum dedit domino filium suum ubi est hostia domino vel solus dominus. Hoc est quod communis sensus est neque prodest. Providencia autem dei secundum quod futurus erat Josias dispensavit nomen eius in ipsum. Ubi est hostia domini vel salus domini. Quoniam vere in illo fuit hostia domini. Tale enim sacrificium optulit deo quale nec ante eum aliquis in regno nec post eum. Et ipse fuit hostia domino secundum quod mandat apostolus in epistola ad Romanos duodecimo capitulo ut exhibeatis corpora vestra hostiam vivam sanctam placentem deo. Et ipse fuit populi sui in tempore suo a domino salus decus laudabilibus suis factis. Nichil hic dicere possumus qualis testatur scriptura regnorum et paralipomenon. Et vide qualis fuerit ut etiam ante multas generationes nasceretur eius modum prophetizaret quia Josias est nomen eius. Iterum enim Josias est cuius nomen prophetisatum est prius quam nasceretur Samson Josias Johannes

Sed sic non positum est in libro regnorum sed post mortem Josie rex factus est Johatas filius quem veniens Pharao propter peccatum eius adduxit in Egiptum et in loco eius posuit Eliachim regem fratrem ipsius alterum filium Josie qui interpretatur dei adiudicatus. Et vocavit eum alio nomine Joachim quod interpretatur domini preparacio. Cum autem et ipse Joachim malignatus fuisset in deum contra verbum suum in condempnacione adiudicatus a deo et postea preparatus ad eversionem Jude per Naarudiam dum rex Assiriorum perduxit eum in Babiloniam et factus est loco eius Jeconias filius eius rex qui interpretatur preparans domino. Cum autem et ipse malignatus fuisset in domini preparans se ipsum deo ad iram adductus est et ipse a rege Assiriorum in Babiloniam cum omnibus suis et factus est rex in loco eius a rege Assiriorum frater ipsius Sedechias sub quo et totus transmigratus est Juda. Ergo talis est ordo. Josias genuit Eliachim postea vocatum Joachim. Joachim autem genuit Jeconiam

Genuit Salathiel. Secundum autem regnorum scripturam Joachim est quartusdecimus a Salomone et ipse est filius Josie. Jeconias autem primus usque ad Christum qui vere non fuit filius Josie sed nepos filius Joachim. Autem secundum ewangelium quod est in quo Jeconias dicitur esse filius Josie si inter precedentes generationes computetur Jeconias quasi quartusdecimus reliquie generationes usque ad Christum a Salathiel computate inveniuntur tredecim esse. Si autem mutetur reliquas quasi primus ponatur, item precedentes generationes a David computate usque ad Josiam inveniuntur tredecim esse. Si ergo Joachim ablatus est de medio regnum et iuste quod non populus dei constituerunt eum in regnum sicut erat consuetudo in regibus constituendum sed Pharao per potentatum. Ideo quantum ad deum nec fuit rex Joachim. Si enim iustum fuit ut propter solam commixtionem generis Athab et Yesabel tollerentur de medio regnum supradicti tres reges quomodo et a populo regibus

fuerunt constituti in regno que non erat
iustum similiter ut tolleret et Joachim
quem pharao in hostili fecerat regem et non
populus dei primo iure Et sic Jeconias
iste qui est filius quidem ioachim autem iosie
sublato patre suo ioachim de medio regnum
ipse positus pro eo quasi filius Josie et bis
nominatur in evangelio Semel quidem ante
transmigrationem scilicet pro medio quartodecimo item
autem nominatur post transmigrationem quasi pro
medio primo hoc modo Josias genuit Jeco
niam scilicet quintumdecimum // Jeconias
autem post transmigrationem Salathiel scilicet
licet quasi primus et invenitur Jeconias hic duo
rum nomina tenens patris sui et suum. Sicut e
nim Jeconias cum esset unus duas habu
it conditiones. Fuit enim rex ante trans
migrationem quasi regificatus a populo dei
factus et privatus post transmigrationem transmigra
tionem quasi ductus captivus. Sed ante
transmigrationem quod computatur inter
reges quasi rex post autem transmigrationem
inter privatos quasi privatus. Quomodo
autem non potuisset ewangelista si dixisset
Josias genuit Joachim in quintadecima
generatione Joachim autem genuit Jeconiam
Jeconias autem post transmigrationem genuit
Salathiel extra quod a pharaone regi
ficatus computabatur inter reges unde
iuste adhuc inveniebatur ante transmi
grationem quidem quatuordecim reges post trans
migrationem quod unum alio addito quod nichil
fortius est quam tredecim deprivate post trans
migrationem unus rex et tredecim privati Et
si Jeconiam posuisset inter reges priores
invenirent quindecim quasi generationes re
gales ante transmigrationem et sic illo singulo
modo et racionabile aliquid dicere videbatur
ewangelista et misterium quod proposuit non os
tenderet. Vides quod sapienter voluit
ewangelista Jeconiam dupliciter esse ponere
scilicet inter reges quintumdecimum regem et
ipsum. Deinde autem post transmigrationem inter
privatas generationes primum quasi privatum
et ipsum. Itaque cum constet computato etiam
Joachim a david usque ad christum vi

viginti et octo esse generationes quod im
pedit ut Joachim racionabiliter filios
eius dupliciter nominet. Et misterium
quod ewangelista proposuit explicet et de medio
generationum non memoratur. Nec obest
quod filius Josie dicitur esse cum sit nepos
quia et nepotes eciam filii appellantur.
Jeconias autem genuit Salathiel quod
interpretatur peticio dei. De Salathiel
quidem nichil legimus vel boni vel ma
li tantum putamus eum sanctum fuisse
Et in captivitate assidue deum pre
cisse pro ipsa calamitate que contigerat
israel Et ideo peticionem dei eum appellatum
fuisse

Salathiel autem gen[...]

Zorobabel interpretatur autem zo
robabel scilicet ortus postposita vel ex
commixtione. vel hic doctor babilo
nie legi si verum est nescio quod sacer
dotale et regale genus mixtum est
in Zorobabel sicut inferius exponetur
nec forte hoc dictum est ex commixtio
ne. Post autem Zorobabel dimissi
sunt omnes filii israel et reversi in patriam
terram cum magno gaudio. Esdra ex
ponit propheta // Cum enim esset Zoroba
bel in ministerio darii regis contro
versia facta est inter eum et duos alios
ministros regis quid esset fortius in
mundo Et uno dicente quod nichil for
tius quam vinum altero addito quod nichil fortius
est quam rex et Zorobabel dixit nichil
fortius quam mulieres et veritas. Quibus
de hoc sine fine certantibus ventum
est usque ad sententiam darii regis qui
residente cum principibus suis ad iu
dicandum contenderunt tres singuli
pro sua sententia Et verba contencionis
eorum qui vult scire legat Esdram prophetam
Tamen vincit Zorobabel et iudicio da
rii et omnium principum pronunciata est omnibus
fortiorem veritatem esse Cum autem diceret
ad eum darius rex cum iuramento pete
a me quod vis usque ad dimidium regni
mei. Respondit Zorobabel ego regnum
tuum non peto. Sed ipse vere eo intereum
sed hoc peto quod cepit vir tyrus rex

ante vos. Ut dimittat captivitatem
filiorum israel redire in sua darius
concessit. Exiens zorobabel ante
ianuas egit domino dicens. Benedictus
es deus et pater veritatis qui sapientiam
dat in os meum misisti Et ideo vir-
tus est rex secundum prudenciam dei nomi-
natus zorobabel idest doctor babi-
lonie. Quod autem maior doctrina quam
ostendere veritatem dominatricem
esse omnium rerum Et impletum est in eo quod
scriptum est. Super inimicos meos pru-
dentem me fecisti mandato tuo
quia in eternum michi est. Super me omnes
docentes me intellexi quia testimonia
tua meditacio mea est. Super senes
seniores intellexi quia mandata tua
exquisivi. Vel similiter proposita idest
quia diffinicionem regis ad se decur-
rentem postposuit et elegit redemp-
cionem ipsi sui // De residuis autem
generacionibus nec scripturam aliquam me
recordor legisse nec fabulam aliquam
audivisse aliquando // Hoc autem in fine
notandum est quod quicumque regum placue-
runt deo diucius regnaverunt et
prosperati sunt et inimicos eorum humiliavit
deus sub manibus eorum. Qui quidem autem ma-
ligne gesserunt velociter a regno
a vita cum [illegible] morte perierunt
et humiliavit eos deus sub inimicis eo-
rum. Omnes ergo generaciones ab abraham
usque ad david generaciones quatuordecim

Genus et nunc explicande dicens
Ab abraham usque ad cristum genera-
ciones quadraginta due que racione
ter generaciones perdidit et in tres par-
tes decisit generaciones quatuordecim
// Quater completis generacionibus qua-
tuordecim mutatus est in iudeis hominum
status // Ab abraham enim usque ad da-
vid fuerunt sub iudicibus. A david
usque ad transmigracionem sub regibus
A transmigracione usque ad cristum sub
pontificibus // Hoc volt ergo de-
monstrare quoniam sicut semper ter com-
pletis quatuordecim generacionibus mutatus

est hominum status. Sic completis quatu-
ordecim generacionibus a transmigracione
usque ad cristum necesse est a cristo mutari
similiter et hominum statum quod et factum est
postquam cristum cum iam non sub iudicibus
multis nec sub regibus multis nec sub
pontificibus multis fuerunt. Omnes
gentes sub uno cristo iudice et rege
pontifice facti sunt quoniam trium illorum statuum
solus habuit dignitatem // Unde quoniam et
reges et iudices et pontifices prius
cristi dignitates prefigurabant semper
principium eorum in figura fuerunt cristi
Primus iudicum ihesus nave. Primus
regum david. Primus pontificum ihesus
filius iosedech. Hoc in figura cristi fu-
isse nemo dubitabat // Et forte ideo
quatuordecim generaciones ponuntur. Hoc est
quia licet cristus iota enim littera misterium
cristi habet ideo ergo quatuordecim quoniam ter
quindecim cristus figuratus ostensus est quarto
autem verus cristus apparuit // Et quod autem
apud lucam septuaginta septem genera-
ciones ponuntur cristi renascentis in bap-
tismo in suo exposuimus loco // Hic
autem diximus quare quadraginta due
generaciones ponuntur cristi secundum carnem
nascentis in mundum. Quadraginta duo
enim sex septimanarum numerus. Senarius autem
numerus est operis et laboris numerus quoniam in sex
diebus factus est mundus quia positus est in opere
laboris et doloris // Convenienter ergo
cristi nascentis in mundo ad laborem
et dolorem quadraginta due generaciones
ponuntur misterium continentes operis
et laboris. Generacio autem cristi sic erat

Quemadmodum autem superius dixerat Ia-
cob autem genuit Joseph Cui desspon-
sata maria genuit ihesum ne aliquis
audiencium estimaret sic esse quomodo
precedencium patrum ipso ordine et cristi
nativitatem narracionis sue persuadens
adhuc et dicit. Generacio autem cristi sic
erat Generacio quidem est eorum quos exposuimus
prius sic fuit quemadmodum retuli. Cristi
autem generacio non ita sed sic. Quoniam maria

cum esset desponsata Joseph priusquam con
venirent inventa est in utero habens
idest ex virgine sine patre. Ut et genus
eius enumerans de semine david
eam ostendit descendere sicut dei pro
missa et extra naturam humanam
nativitatem eius secundum exponens miste
rium eius divinitatis aperiat. Nec enim
dignum erat ut unigenitus dei non propter
se sed propter homines nascens more nas
ceretur humano. Homo enim in crimine nas
citur ut corruptione subiaceat. Christus
autem natus est ut sanet corruptionem.
Quod ergo non est consequens ut cor
ruptibilis homo nascens ex incorruptibili
virgine nascatur sic non erat consequens
ut unigenitus qui ideo nascebatur ut
corruptionem sanaret ex corruptione
gigneretur. Homo ex necessitate nascitur
ut sit. Christus autem non ex necessitate na
ture ut esset sed ex voluntate mise
ricordie ut salvaret. Quomodo ergo iu
stum est ut unum eundemque habeat nati
vitatis honorem necessitas et voluntas.
Merito ergo contra naturam
humane natus est qui erat super naturam.
Vide autem novam et admirandam christi na
tivitatem idest per homines peccatores per mu
lieres idest meretrices et adulteros et
gentiles. Ex talibus generatio non perdat
dignitatem eius sed mendat miseri
cordiam eius. Sicut erat mirabile ut qui patres
genuerunt a filiis nascerentur facti sunt
patres eius quorum non erat filius. Iste illis
beneficium prestitit ut esset filius eorum.
Illi autem nichil prestiterunt ut esset
patres eius. Sicut omnibus patres sibi filios
adoptant quos ipsi desiderant. Sic eca
tem filius adoptat patres quos ipse
elegit. Hic filii a patribus suscipiunt
generositatis dignitatem. Illic autem
patres a filio susceperunt.

[illegible] eius

Cum maria Joseph priusquam conve
nirent inventa est in utero habens de spiritu
sancto. Quam futurum fuerat ut omnes sancti
de virgine nascerentur ecclesia des
ponsata christo. Ideo christus nascitur
de virgine desponsata ne dignito
omnes nascerentur sicut quod dominus sunt
per omnia filii patrie nativitatis per
fectum imitarentur exemplum. Sic
ta et maria desponsata erat fabro
lignario quia et christus sponsus ecclesie
omnem salutem hominum et omne opus
suum per lignum crucis fuerat opera
turus. Ideo autem desponsata et do
mi habita ut desponsato ipsa fide
lis et fornicationis obprobrium amice
repellet et virginitatis gratiam nascitu
ro domino reservaret. Sic enim quam in
domo sponse peperit. Sic infideles iu
dei dixerunt Nonne hic est ihesus fi
lius joseph. Nam quemadmodum in ea
que in domo viri concepit intelligitur
conceptio maritalis. Sic in ea que extra
domum concipit est suspecta conceptio.
Magis ergo voluit dominus ut habe
ret mater eius maritalem conceptionem quam
fornicationis obprobrium pateretur.
Antequam convenirent inventa est in utero
habens. Non dixit priusquam acciperet eam
sed priusquam convenirent quia iam erat accep
ta in domo. Virginitas est incorrupti
bilitas. Sic incorruptibilitas autem deitas
ipsa sincera. Ideo ergo antequam conveni
rent natus est christus ut ne de corruptione
incorruptibilitas nasceretur ut ne ex passione
corporis inusque sibi domus templum
fabricaret. Dico autem non desponsationem
vel confusionem nuptorum sed ad graciam
et gloriam pertinentem. Quoniam hoc ipsa con
iunctio maritalis malum est an deum
non peccatum. Dico sed malum. Nam quantum
ad recipius naturam peccatum est con
cessione autem dei factum est ut non sit
peccatum. Quomodo oportebat enim ut homo cor
ruptibilis nasceretur de mundo ut
posset temptari ut temptatus coronetur.
Si autem incorruptibilis factus fuisset ut
temptari non poterat sic non temptabatur
nec coronabatur quia incorruptibili
tas temptationem non sentit. Ideo ergo
factum est ut ex passione carnis et san

generatus ex igne fervido in visceribus succedente humore homo corruptibilis nascitur. Ut ne de bono malum nascatur, quia ex inpassibilitate corruptio oritur, de malo malum procedat et ex passione corruptio generatur. Quod ergo ista coniunctio maritalis cum esset peccatum quantum ad naturam, dei ipsius concessione facta est licencia. Licenciam dico facta est non iusticia. Nam et si propter necessitatem rei peccatum esse desinit cum iusticia esse non meruit. Convenientibus se et si penam non infert mercedem tamen non prestat, et si non occidit tamen non salvat. Unde propheta non ad indulgenciam dei respiciens sed ad spiritualitatem operis dicebat: Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum et in peccatis meis concepit me mater mea. Sed quid mirum si peccatum quod de peccato sum natus. Secuta est enim generationem sua natura peccati. Nam si matrimonium proprium placitum esset deo numquam abstinentibus se ab illo gloria promitteretur corona. Nam sic amaretur a deo quodam modo id est. Non enim ille remuneratur qui bonum fugit sed qui malum. Vis autem scire quomodo licitum sit matrimonium. Primo aliquando et licuit et sorores habere uxores sicut habuerunt Cayn et Abel. Hec nomina filiarum Ade quas initio habuit post Cayn et Abel risam et edocla, et non peccaverunt quia peccatum id est raritas hominum necessitas excusabat. Postea crescente mundo hominum ipsum malum conversum est in naturam suam et cepit esse peccatum. Remansit autem in usu ut unum virum liceat habere plures uxores. Amplificato postea mundo et hoc malum recepit suam naturam et cepit esse peccatum. Remansit autem in usu ut unus unam habeat uxorem. Nunc autem postquam venit plenitudo temporis et sentimus mundus semper quale est consilium dei et quod vult et quod est placitum coram illo. Si amplius non sumus dicere propter homines incontinentes in quorum corpore anima nichil agit

Sed in toto illos possidet sanguis et sordidissimus vapor de illo in sano igne procedens. Denique cum mandaret angelus Tobie in nupciis eius ut numquam conveniret ad illam consuetudine humana surgeret postquam orarent et sic dicerent: Domine tu scis quia non propter libidinem accepi uxorem sed propter liberos procreandos. Quia si aliter orasset oratio eius non fuisset deo placitura. Vides ergo quod turpissimum id est opus carnis causa filiorum excusat ut multiplicato seculo creandorum hominum ratio est expleta. Iam deum non multitudo hominum sed castitas sanctorum delectat. Ecce una est libido que fornicacionem generat et que maritalem munerum ministrat. Sed secundum mare posuimus littore dicens: Usque huc veniens et hic te confringens, sic libidini in carnali terminum posuit coniugium ut usque illuc veniens illuc se confringat. Sicut ergo mare si littora sua supergressum fuerit peccat, ita homo si transgressus fuerit licenciam maritalem. Si ergo ipsa est libido in maritis et adulteris quomodo potest fieri ut una eademque res per dimidiam quidem partem sit iusticia, per dimidiam autem partem sit peccatum. Aut enim tota est peccatum aut tota iusticia quia una est res. Verum est autem quod libido iusticia non est quia tota peccatum est. Sed peccati illius pena non semper imputatur donec iste odibilis et corruptibilis transeat mundus. Quod ergo dominus natus est sicut convenit ut non ex passione carnis et sanguinis nasceretur, quod ideo venit ut sanguinis et carnis solveret passionem et mutaret in spiritum. Cum inventa est in utero habens de spiritu sancto sine dubio sponso suo Joseph qui zeloso amore sepe se admonente virginem suspiciebat male. Nam secundum hystoriam quandam non incredibilis neque irracionalis doctorum quamvis gesta sint que refert Lucas Joseph absens erat. Nec enim quemquam eius est putare presente Joseph introisse angelum ad Mariam et dixisse quod dixit et ad Mariam rudisse quod respondit. Et si fuit concedamus angelum potuisse

intrare ad eam et loqui plane. Confestim
mariam abiisse in montana cum festi
natione et intrasse in domum zacharie
et salutasse elizabeth et mansisse
cum ea mensibus tribus. Possibile non fuit
presente joseph quod necesse erat ut p
sentatores eius et mansionis diuturne
requireret causas. Postquam autem rediit
a peregre post tot menses et videret
eam grauidam manifeste forsitan corpo
raliter conuinatus est quasi sponsus timuit
eam quia vir timoratus. Illa autem
cum videret innocenter se in suspicio
nem criminis decidisse nec posse
se excusare iam testimonio ventris
conuictam cum lacrimis et suspiriis cla
mans intrauit dicens viuit dominus
nescio unde sit hoc. Quo audito ti
muit valde joseph et expresse cre
didit in ea aliquid fuisse diuinum. Nec
enim timuisset nisi expresse aliquid tenus
cre[illegible] didissz ad hoc autem fidem v
borum eius commendabat conuersatio
sancta eius. Forsitan autem cum esset justus
cepit sibi de illa cogitare. Come
satrix autem et violenta nunquam fuit quo
niam omnis mulier que violenta et come
satrix et meretrix est. Nam sicut in cibis
sicut in libidinibus delectatio car
nis est que precipitat homines. Mulier autem
que suauitatibus gule sue non contradi
cat multo magis neque libidini sue re
sistere acquiescat sicut et apostolus dicit. Quoniam
vidua que in deliciis est viuens mortu
a est. Non leuis non iocosa non canta
trix nec tempus vbi oze amantis sicut solet
plerumque puelle que libenter talia loquuntur
et audiunt. Quidem impudentiores
sunt libenter loquuntur. Si autem verecundio
res et si loquuntur talia erubescunt tamen de
lectantur audire. Non super virum oculos
suos extulit nec in faciem et aspec
tum. Hec enim sunt documenta mulierum
meretricum sicut et salomon fornicatio
mulierum in extollentia oculorum eius hoc
et alia tractans similia. Nichil horum in
veniebat in ea. Sed ex diuerso omnia
laudabilia omnia admiranda que sunt spiritu

sancto possibile non erat esse in natura huma
na. Quibus igitur documentis quibus
fornicatio mulierum intelligi et argui
solet deficientibus. Sola apud eam
remanebat gratie dei. Propter
hoc omnia estimauit eam habere in ventre de
spiritu sancto. Nam nulla res castitatem sic
mulierum videtur commendat sicut vita eius
disciplinata. Ubi enim timor dei est
ibi et castitas est. Ubi autem non est timor
dei ibi nec castitas est. Caro enim vr
get securitas mulierum admittat
carnem si timor dei non fuerit qui resis
tat quod eam teneat in dignatam. O in
estimabilis laus marie magis
credebat castitati eius quam ventri eius
et plus gratie quam nature. Conceptionem ma
nifeste videbat et fornicationem
suspicari non poterat. Possibilius cre
debat esse mulierem sine viro concipere
posse quam peccare mariam posse. Et
quod magis est vide ut sponsus de sponsa
sua sic habebat apud eam frequenter enim
viri etiam si viderint suas mulieres
aspicientes in alterum mox excitantur
in zelum et quod non est illud suspicantur. Quia
ex magno amore nascitur zelus.
Hic autem mariam talem zelum et ventri cla
mantis accusatorem sola preterita conuer
sationis documenta vincebat. Joseph
autem vir eius cum esset iustus et nollet
eam traducere voluit occulte dimit
tere eam. Timeo enim ne hoc quod est in ventre
eius diuinitus sit. Nunquam non precaria
nagita amorem concepit et peperit. Qui
illam quasi lignum iam siccatam fecit florere
quod si dicitur ipsi prius voluit sine viro
donare. Numquam ad virum pertinet concep
tio ipsa mulierum. Nam si conceptio mulierum
pertinet sed ad virum sine dubio quan
do volet vir tunc conciperet et mulier ne
autem non quando vult vir tunc concipit mulier
sed quando vult deus. Si ergo conceptio mulie
ris non in viro posita est sed in deo quid mag
num si voluit isti fructum sine viro prestare.
Quid ergo faciam dimittam eam occulte
quia in re incerta melius est ut mereatur
constituta vadat quam innocens moriatur.
Justius autem enim est iniustum iuste fa

uniha verba de penis absentem
euade quod iustum iniuste perire que-
rens et si semel euaserit potest
iterum perire. innocens autem si semel
perierit iam non potest reuocari.
Expedit ergo ut dissa obprobrium pa-
tiatur quam tradita morti. Hec talia co-
gitare et agere velle non est hominis val-
de iniusti. et eo cogitante apparuit ei

Angelus in sompnis dicens. Cum a-
ganduit verborum marie et consideratio
vite eius in mala suspicari de ea non
sinebat Joseph. Consideratio conceptionis
non permittebat eum ad plenum bonum
estimare de ea. et animus eius inter utras-
que partes fluctuabat et tenere eam time-
bat et tradere eam non audebat propter
hoc necessaria fuit ei reuelatio divi-
na. Si enim ita maria quam angelum au-
diuit et videbat sibi loquentem tam de
sua conceptione quam de elizabeth ascen-
dit in montana ut videret elisabeth
et in ipso confirmaretur a spiritu quanto magis
Joseph post verba conceptionis marie post
considerationem vite eius adhuc muta-
bundus habuit necessariam habuit di-
vinam. Propter tres ergo causas apparuit ei.
Prima ne iustus homo ignorans faceret rem
iniustam ex proposito iusto. Secundo propter
ipsius honorem marie nam si dimissa
fuisset et si non apud fideles tamen apud
infideles turpi suspicatione carere
non poterat. Tertio ut intelligens
Joseph sanctam conceptionem diligentius se
custodiret se ab illa quam prius. Primus
enim servauit propter disciplinam iusti-
cie. Postea autem et propter timorem pertinens
huiusmodi. Et quare non ante conceptionem
gloriose virginis venit ad Joseph ut
ne cogitaret que cogitauit in parte
forte quod passus est zacharias culpam infi-
delitatis in terrenis de conceptione coniugis
iam non longeue. Incredibilior enim
erat res virginem posse concipere quam anu-
m. Si ille sacerdos constitutus rem facili-
orem fore non credidit quanto magis iste
plaustris rem difficiliorem fieri non cre-
didisset. Si ipsa maria angelo sibi

dicente de conceptione sua pene non crede-
bat propter virginitatem suam dicens. Quo-
modo erit hoc quoniam virum non noui. quomodo Joseph
erat crediturus referentis aliud quam virgo
[illegible] concepit.
ne timeas accipere mariam coniugem
tuam quod enim quod nascetur ex ea de spiritu sancto est.
Filium dauid eum nominans voluit ad-
ducere in memoriam promissionis dei ad david
ut de semine eius christus nasceretur. Dicens
autem ne timeat genitorem se cordis
eius ostendere noluit ut per hoc futurorum bo-
norum quod de christo erat deus fulcirer fide et
quod nascitur de ea de spiritu sancto est. Exprimitur
ipsum de se dicit. Unigenitum deum sicut ipse
testatur in evangelio quod spiritu sancto omnia
que vivificat [illegible] quod nichil prodest. Et
apostolus ait dominus spiritus est. Ratio enim spiritus ad-
notatus ingressus est in mariam ut susciperet
corpus nasciturum in mundum sed ut sanctificaret
virginis vas dicens quod quod nascetur ex ea de
spiritu sancto est. hoc dicere voluit quod de semine a-
licuius viri non fuerat nasciturus sicut estima-
bat timebat Joseph sed de spiritu sancto.
Quod in sermone preceptum raphaelis angeli
ad tobiam vir et uxor omne mane solite
venturas ad totum orationem procedere debet
ut quod concipitur in sanctificatione concipiatur
sicut unigenito deo in virginem ingressu-
ro precessit spiritus sanctus ut precedente spiritu
sancto in sanctificatione nasceretur christus secundum cor-
pus divinitate ingrediente per semine et per fi. vol. [illegible]

nomen eius ihesum. Zacharie dixit pa-
riet tibi filium sicut ad zachariam. Et
ecce elisabeth uxor tua concipiet et
pariet sibi filium quia mulier que ex viro concipit
marito suo filium parit quia maritus ex
illo est quod de ipsa. Maria autem quod de viro con-
ceperat non illi filium peperit sed sibi tantummodo
Vide quomodo similitudine eius rei per
omnia que facta est in adam. Sicut enim mulier con-
tinuo de ligno seducta est et peperit mor-
tem. Adam vero non fuit particeps in seduc-
tione illius. non enim seductus a dyabolo pec-
cauit sed per consensum sic et non accipiens
maria de spiritu sancto sola credidit dicens
Ecce nunc iam beatam me dicent omnes ge-
nerationes. Joseph autem cum in fide con-
ceptionis illius nichil habuit commune sed postea

tacendo et consenciendo tm̄ salnatus est
quod et in sompnis aperit eius non palam quem
admodum dormiente adam creauit mulierem
mulierē. sic et isti dormienti diuinus con
signauit vxorē spe ewā[n]gelistarum interpretat[ur]
quod ihs hebraica voce dicto spē salua
bit populum suum a peccatis eorum. Sicut medi
cus qui nulla pocione habet salutem humane
corporis sola confectionē liberare non erubescit
sed medianonicē i ponē quo dignius
iste vocatus ē saluator per quem totus ē salua
tus mundus. Hoc autem totum factum ē. Quod
totum ut virgo propinquo suo desponsaret.
ut casta seruaret. ut angelus per sompnum
joseph loqueret. ut sponsā eā accipere in
beret. ut puerum nomē ihm vocaret
ut virgo saluatorē mundi generaret ut
impleretur quod dictum ē a dno per prophetam
dicentem Ecce virgo in vtero habebit et
pariet filium Ergo testimonia prophetarum ha
bet vel ideo ut vetus et nouum consonet tes
tamentum vel ut infirmitati credencium
satisfaciat vel ut non mox a tremore vide
tur erumpere quod tanto ante per tempore
predictum ē. Prophecia autem alia ē ex pru
dencia et hec ē immutabilis ut hic Ecce vir
go concipiet Alia ex iudicio operum et hec
solet mutari secundum quod verba sonat non secundum in
tellectum ut adhuc quadraginta dies
subuerteret. subintelligitur nisi pe
niteat. Item que ex presciencia aliqui implet
dei solummodo operacione ut quod virgo pariet.
Alia implet hominum administracione ut de
aliquo ut sunt iusti. Admiracio itaque tan
ti misterii dignitatem prophetarum confirmet
de sompno suscitatus autem. Ecce virgo in vtero
habebit et pariet filium et vocabit nomen eius
emanuel quod ē interpretatum nobiscum deus
Multis pretermissis vno non vtitur nomine quod
puerum vtile ē negocio. Quamvis nobiscum presens
sit gubernando tamen presencior esse
cialiter ex vnitate persone factus ē. Verbum
enim caro factum ē et habitauit in nobis

A sompnis. Accepit mariā coniuge
no in domo accepit eā nec
dimiserat eā a domo sed de animo suo de
posuerat eā. Recepit et non cognouit eā
donec peperit. Vel enim non cognouit
eā autem cuius fuerat dignitatis quod vni
geniti dei facta fuerat mater. Sed postquam
peperit tunc cognouit eā quod speciosi
or et dignior facta fuerat quam totus mun
dus. Nam quem mundus non capere poterat
non merebatur accipere quasi in angustum cu
biculum ventris sui sola suscepit. Vidit
enim virginē permanere post partum vidit
ministerium stelle quomodo stans su
per caput pueri venientibus magis pu
erum demonstrabat stans testimonium
dat quia loqui non poterat. Ipsos demum
magos vidit adorantes et diuina do
na eorum audiuit sermones eorum. quo
niam ab oriente vsque ad iherusoli
mā stella precedente venerant quod non
dedignata hominibus ministrare ut dei
gloriam renunciaret. Ergo incomparabilis na
tiuitas eorum totius humane natiuitatis me
suram excedens et diuinitatem nascentis
pueri ostendebat Et dignitatem marie
parientis joseph demonstrabat Ideo dicit
Et non cognouit eā donec peperit filium
suum primogenitum Cognouit autem que
esset post partum ipsius. Quidam ex hoc verbo inde
sumptum ē nomen putatum quod joseph donec
peperit quidem illā non habuit in consciencia
postea cognouit et filios peperit. Verum etiam
ipsum primogenitum dicit. quod ille dicitur pri
mogenitus quem alii partus sequuntur. Infra
nusquam nemine intelligit sanum esse. quod illud
quod ante sit hoc dicere de illa putat quod et jo
seph hoc antequam facere fecit hoc enim quod fieri
potuit dicit ewangelista quod factum illud
non ē. Aliquid quod non fieri potuit quod necessari
um habuit dicere factum non ē. Nam sunt
quedam que naturaliter possunt fieri. Sunt autem
que impossibilia sunt per ipsam naturam. Volo tibi
referre. Illene sciuisti quamdiu illos tecum co
misit et donec vixit non ē ei locutus.
Numquid dixi ex eo significam quia post mor
tem ē illi locutus quia fieri non potest illud
ē quod fieri non potest dixit scilicet loquitur quamdiu
vixit quod factum non ē. Quod autem opus habuit
exponere. quod non post mortem ei locutus ē quod
non poterat fieri. Sic et joseph ante partum cre
dibile fuit ut cognosceret eā quod cum mun
dum cognoscebat misterii dignitatem
postquam vero cognouit quod facta ē vnigeniti
dei templum quod poterat hoc usurpare quod
ante facere noluit vir religiosus ex
spectans nupcias suas. Postea fac

turus fuat ut habitacionem dei carnali-
bus concupiscenciis sordidaret. Hoc secundum
racionem. Veniamus ad auctoritatem
scripture. Dicit enim apostolus paulus ex ex-
emplo prophete de christo. Oportet autem
regnare donec ponat omnes inimicos
suos sub pedibus eius. Ego paulus hoc
sequitur ut tam diu regnaret christus quod
dum omnia fiant sub pedibus eius postea
autem cessat regnare. Stulte quod regnat
antequam omnia illi subiecta sunt. multo ma-
gis et nunc regnat et postquam omnia subiecta
fuerint. Sicut alibi dicit. Donec veniam
quod est attende eum aut venio neglige
de primogenito autem quod dicitur videtur est scrip-
turis non solum primogenitum illum dicit
qui prime nascitur sed eciam qui solus natus est
quem dicebat dominus ad pharaonem. Pri-
mogenitus meus israel numquam alium populum
habebat. Sed autem dicis quod primum proficien-
cia dicens dicebat primogenitum populum
iudaicum faciens quod ex gentibus alium
populum erat facturus. Dico tibi quia quantum
ad presenciam suam scit duos populos
habuit sed tamen de iudeis quam de gentilibus
fuerat habiturus primogenitum populum
fecit et habet primum capitulum. (cum natus esset dominus)

Ihesus in bethleem iude in die-
bus herodis regis. Cum fu-
geret Iacob ante fratrem suum esau
et venisset ad vesperem vidit sompnum
et ecce scala posita erat cuius caput per-
tingebat usque ad celum et ascendebat
angeli et descendebant per eam. Dominus au-
tem incumbebat super eam. Exurgens au-
tem Iacob surgente spiritu prophetico
dixit quam formidolosus est locus iste
nisi domus dei et porta celi. Et ideo
vocatum est nomen loci illius bethel quod
est interpretatum domus dei. Nato itaque
domino in bethlehem visionis illius pro-
phecia enim est completa. Domus enim dei
est corpus christi sicut propheta dicente. Salomone te-
ste plures hoc. Sicut sapiencia edifica-
vit sibi domum. Porta autem celi ip-
se est christus per quem introitur ad regnum

celorum propheta dicente. Hec porta domini
iusti intrabunt per eam. Adhuc autem vide-
amus quod veritati respicit. Et quod ewan-
gelista tempus consignat christus id est ut prophe-
ciam danielis impletam demonstrat
qui post septuaginta septimanarum annos
christum nasciturum demonstrat. Nam a cirillo
tempore usque ad regnum herodis septuagin-
ta septimanarum anni sunt consummati. Sed
autem deus perfidia iudeorum qui crucifixerunt
non christo alium expectaturum fuerat christum
id est antichristum. Secundo occasione incredu-
litatis tollens tempus ostendit quo nascitu-
rus erat christus id est ut per illum christum cre-
damus quem expetit daniel post septuagin-
ta septimanarum annos nascitur. non in
illum qui in fine seculi sub nomine christi venturus
est. In diebus herodis regis quando dum gens
iudaica commune sub precatoribus tamen in
ducis regibus tenebatur. Prophete mitteba-
tur ad remedium eius. Quando necessi-
tas erat et auxilium. Nunc autem quando lex
dei sub potestate regis iniqui tenebatur
a iusticia dei sub dominacione roma-
na premebatur nascitur christus quando magna
et desperabilis infirmitas medicum
artificiosiorem querebat (Ecce magi ab oriente venerunt)

Iherosolimam dicentes ubi est qui
natus est rex iudeorum. Ecce hoc est confessi
ut natus sit. magnum deum ostendentes
in homine parvulo et verbis et actibus et mu-
neribus ipsis ubi est quod ei dixerunt
Ubi est rex iudeorum qui natus est. Vidimus
enim stellam eius in oriente et venimus
adorare eum. Actibus autem quod cum vidis-
sent eum adoraverunt eum. Verba in
eis fides acucior quam apercius
videntibus humilia et intelligentibus alta
Muneribus autem quia obtulerunt ei aurum
thus et mirram sicut misticus ostendemus
Venerunt autem ad iudicium gentium et ad
iudicium iudeorum illorum prophetancium fi-
dem futuram per ipsorum incredulitatem con-
dempnantes presentes. O beati magi qui
ex omnibus gentibus primicie fidelium fieri
meruerunt. Isti enim magi fuerunt et

clesie formam portabant. Sicut ille enim
regem quem non videbant credentes quero-
bant et confitebantur. Sic et nos qui sumus
ex gentibus dominum quem numquam vidimus
credentes cotidie querimus et confitemur
potestatem ipsius. De his dicit propheta
ut ysaias dicens: Prius quam agnoscat
puer patrem aut matrem accipiat virtutem
damasci in conspectu regis assiriorum. Qui sunt
magi de orientalibus qui venerunt a per-
side. Magi autem apud illos non malefi-
ci sed sapientes intelliguntur. Ideo autem dic-
ti sunt virtus damasci quia virtus hominis
cuiusque prudencia est. Sapientes ipsius rex
autem assiriorum est dyabolus princeps de-
monum. Ergo christus prius quam per corpus
inciperet cognoscere patrem aut matrem vir-
tutem dyaboli subiugavit. Qualis futu-
rus erat in posterum tunc ad effectum venisset
demonstrabat in puericia qui adhuc in cunabu-
lo constitutus demonem spoliavit. Quomodo
tunc venisset ad bellum evacuaturus
fuerat omnem potestatem ipsius. Conside-
rans quoniam ab oriente venerunt
unde dies nascitur inde inicium fidei
processit quia fides est lumen animarum. Quando
enim aliquid ab occidente nascitur contra
orientem donacio mali ostenditur. Quando
ab oriente nascitur contra occidentem
donacio boni ostenditur contra malos.
Quando ergo in temporibus christi iusticia subiuga-
tura fuerat iniusticiam et fides infide-
litatem. Ideo ab oriente venerunt primi-
cie fidei. Vidimus enim stellam eius in ori-
ente et venimus adorare eum. Numquid
nesciebant quia in iherusalem regnabat hero-
des. Numquid non intelligebant iniusticiam
legis qui vivente rege alterum
regem pronunciant et adorant quasi minis-
ter tyrannum puerum in sanguine. Et
cum considerabant regem futurum non
timebant regem presentem. Numquid non
habebant pro oculis suis periculum
mortis qui talem rem illicitam usurpa-
bant. Sed non curabant de sanguine. Si au-
tem curassent de morte numquam ad hoc
ausi fuissent. Adhuc non viderant
christum iam parati erant pati pro eo. O
beati magi qui ante conspectum crude-
lissimi regis antequam christum cognoscerent
christi facti sunt confessores. Legi a-
pud aliquem magos istos ex libris
balaam divinationis stelle huius ap-
pariture scienciam accepisse. Cuius
divinacio posita est in veteri testa-
mento: Orietur stella ex iacob et ex-
urget homo ex israel et dominabitur omnium
gencium. Et audivi aliquos referen-
tes de quadam scriptura etsi non certe tamen
non destruente fidem sed potius delec-
tante. Quoniam erat quedam gens sita in
ipso penitus principio orientis iuxta occe-
anum apud quos ferebatur quedam scriptura
inscripta nomine seth de appaitura hac
stella et muneribus ei huiusmodi of-
ferendis que per generaciones studiosorum
hominum patribus referentibus filiis suis
habebatur deducta. Itaque elege-
runt seipsos duodecim quidam ex ipsis
studiosiores et amatores misterio-
rum celestium et posuerunt seipsos ad
expectacionem stelle eius. Et si quis
moriebatur ex eis filius eius aut aliquis
propinquorum qui eiusdem voluntatis inve-
niebatur in loco constituebatur defuncti.
Dicebantur autem magi eorum lingua quia
in silencio et voce tacita deum glori-
ficabant. Hii ergo per singulos annos
post messem trituratoriam ascende-
bant in montem aliquem positum ibi qui
vocabatur lingua eorum mons victori-
alis habentem in se quandam speluncam
in saxo fontibus et electis arboribus
amenissimus in quem ascendentes et
lavantes se orabant et laudabant in
silencio deum tribus diebus. Et sic fa-
ciebant per singulas generaciones expec-
tantes semper ne forte in sua generacione
stella illa beatitudinis oriretur. Donec
apparuit eis descendens super montem
victorialem illum habens in se quasi for-
mam pueri parvuli et super se simili-
tudinem crucis et locuta est eis et do-
cuit eos et precepit eis ut proficisce-
rentur in iudeam. Proficiscentibus autem
eis per biennium precedebat stella
et neque esca neque potus defecit in

vehic eor

periis ipsorum. Cetera autem que gesta re
feruntur ab eis in evangelio posita sunt.
Tamen cum reversi fuissent manserunt
colentes et glorificantes deum studio
suo magis quam primum et predicaverunt
omnibus in gente sua et omnes erudierunt.
Denique cum post decessum domini resurrectionem
isset Thomas apostolus in provinciam illam
adiuncti sunt ei et baptizati ab eo facti sunt
adiutores predicationis eius. Ex eo au
tem quod dicit scriptura. Vidimus stellam eius
videtur occasionem dare infidelibus de as
trologia ut unusquisque putet sue
stelle motu et nasci et vivere secundum hoc ho
minem. Et de hoc habent inferre sermonem. Si e
nim stelle est quod aut boni sumus aut mali
ergo nec bonum nostrum laudandum nec
malum vituperandum quia nec est in nobis
voluntarius actus ut quod enim aut boni
mei laudem merear quia non meo arbi
trio sed ex motu stelle aut mali mei
penam suscipiam quia non voluntate sed ne
cessitate commisi. Nam nec possum fugere
malum etiam si volo si me nativitatis
mee stella compellit ad malum. Si ad
ulteri et homicide fiunt per stellam et
crimine faciat eos stella interfici. Ma
gna est stellarum illarum iniquitas magis
autem illius qui ad hoc stellas creavit.
Interrogamus quomodo ex se facta est creatura
aut ab illo. Et si quidam dixerunt certe
credant a nobis impossibile est quod a se
extitit et eveniat agitur ut aliquem or
dinem habeat certum. Si autem dicunt
ab alio magis iniquus est qui fecit. Nam
cum sit futurorum prescius deus quia tanta in
iquitas futura erat per stellas si noluit
emendare non est bonus. Si autem voluit
et non potuit impotens est. Preterea in
iustus est quia ex necessitate stellarum ita
puniant quasi ex voluntate peccantis
ipsa denique mandata dei non prosunt aut
ornamenta ut faciant bonum. Hanc sa
pientiam destruit. Quis enim monet aliquem
ne faciat malum quia non potest decli
nare aut ut faciat bonum ad quod non po
test pervenire. Denique interrogamus si idem
est semper cursus stellarum quare non semper
idem est hominum status. Si dicunt per

certos annos fit restauratio stellarum.
Necesse est ergo qui sciunt astrologiam
disciplinam et quia per certos annos restitu
untur stelle sciant et per quot annos.
Quibus post responsum dicimus quomodo fuit il
la stella que fecit omnes homines in diluvio
mori numquam in eo exierunt ut iterum dilu
vio fieret aut omnes homines secundum unam stel
lam fuerint nati. Nam oportebat ut per
unumquemque circuitum eamdem deficientem
ipsam rem consummari. Nam si eiusdem
motio et circuitus stellarum eiusdem ma
licie et eiusdem bonitatis causa prestat
oportebat non semel fieri Abraham
aut patriarchas aut prophetas aut apostolos
sed consequentiusque fit ipse circuitus stel
larum. Denique conversio hominum testis est
veritatis ante adventum Christi quando stella omnes
ydola colere compellebat certas quasi iniqui
tates facere aut post Christum que ut convertit
ab ydolis recedere fecit homines et per to
tum orbem mutant mores antiquos. Et
certe persi filiabus et matribus miscentur. Iu
dei autem octava die circumcidunt et
unaqueque gens aliam atque aliam habet con
suetudinem. Si idem est cursus stellarum
quomodo persi numquam ab illa consuetudine re
cedunt neque india suam. Si autem dicant
secundum diversas regiones diversa est operatio
stellarum quomodo quidam qui in perside crediderunt
ab illa consuetudine recedere potuerunt in
eadem regione. Aliquando crediderunt
et peregrinantes in alia provincia mores
patrios tenuerunt. Et iudei tamen similiter
in Babiloniam et illic filios procrean
tes quomodo numquam per stellam regionis illius
compulsi sunt a sua circumcisione recedere et il
lorum infamia sequi. Neque quod stellarum cur
per discursum sed suum propositum. Audiens autem rex herodes

Audiens autem herodes rex
Turbatus est et omnis Ierosolima cum
eo. Estimans ipsum regem secundum carnem
qui de successione regni turbatus est. Sic e
nim grandis potestas maiori timori
subiecta est sicut rami arborum in excel
so positarum etiam si levis aura fla
verit movent. Sic et sublimes homines
in culmine dignitatum consistentes
etiam levis nuncii fama conturbat

sed in generalitate plerumque et in singularitate
consistunt. Et ideo turbabatur audiens regem
natum Iudaeis ex genere Iudaeorum, esset
ipse ne regno revoluto iterum
ad Iudaeos, et ipse a Iudaeis expelleretur,
et semen eius post ipsum perderetur a regno.
Puto quod non tantum Herodes a semetipso
turbabatur, quemadmodum diabolus in Herode.
Herodes enim timebat quod suspicabatur,
est. Dicit enim scriptura: quia qui spiritum Christi non habet, hic non est eius. Propter quod caro eius postea peiora ei germinet peccata, quia non habet in se spiritum conversantem secum. Vacua est domus corporis, propterea spiritus ille immundus vacuam domum et mundatam doctrinis fidei quasi scopis inveniens habitat in ea. Quia verba fidei que appellantur scope ab ignorantia mundant, non perficiunt vel concupiscentias. Verumptamen autem spiritus sanctus perficit, quia ingrediens spiritus sanctus complectitur animam et quasi muro quodam inexpugnabili circuit eam et non permittit ut carnales concupiscentie et cogitationes prevaleant contra eam. Non autem quod fiat ut caro concupiscat, sed tenet animam ut non consentiat neque vincatur ab ea. Ergo qui spiritum habet concupiscit quidem secundum carnem, sed secundum animam adiuvatur a spiritu, ut eius concupiscentie non veniant ad perfectum temptationis autem et tribulationis. Baptismus igne sic operatur. Combureret enim carnem et quodammodo, ut non concupiscat ita, sed ut nec committeret concupiscentias. Ita ipsa spiritus est et spirituales penas timet, carnales autem non timet. Unde et si scit penas huiusmodi seculi contempnit et futurum iudicium timet, nisi spiritus teneantur. Caro autem spirituales penas non timet, carnales autem timet. Ideo mali non cessant peccare, nisi eos iudicia carnalia et frena compescant. Ideo ergo sciens dominus quia caro tantummodo carnales penas timet, spirituales autem non timet, mittit super servos suos carnales temptationes et tribulationes, ut combusta caro teneat disciplinam et timens angustias suas non concupiscat malum, quia importuna et concupiscens si secura fuerit, et si non viderit servos dei timentes, sordidat eorum castitatem et inquietat et requiescere non permittit. Ut iustitia in temptationibus floret, in prosperitate autem marcida est. Quemadmodum si focum posueris super terram, comburit ipsas radices herbarum et in loco suo iam non facile nascitur herba, sic et temptationis ignis positus super carnem comburit radices concupiscentiarum in ea, ut non facile concupiscat. Vides ergo quia aqua preterita lavat peccata. Spiritus autem repellit concupiscentias et carnalem non sinat. Ignis autem ipsas radices concupiscentiarum comburit. Aqua preterita tollit, spiritus presentia impedit, ignis adversus futura premunit. Quod est autem baptizari igne et sequens sermo monstrat dicens Sequitur ventilabrum in manu

sua. Ventilabrum signum est, per quod dominus singulos homines temptat et eorum corda diiudicat. Ergo non mox quis aqua vel in spiritu fuerit baptizatus, statim ad perfectum est baptizatus, nisi dominus eum invisibiliter baptizaverit in igne temptationis. Quoniam si fuerit non quod temptatus, non potest esse probatus. Species autem temptationum sunt multe. Temptantur enim homines in infirmitatibus, alii in dampnis rerum suarum, alii in mortibus carorum suorum, sicut Iob et Tobias. Alii in cogitationibus perversis, alii in diffidentiis, sicut dicit propheta: Proba me domine et tempta me, ure renes meos et cor meum, quoniam misericordia tua ante oculos meos est et complacui in veritate tua. Item Salomon dicit de Christo: quoniam in temptatione ambulat cum eo et eligit eum in primis, timorem et metum adducet super eum et cruciet eum in tribulatione doctrine sue donec temptet eum in cogitationibus eius et credat anime eius. Alii in persecutionibus, dicente propheta ex persona martyrum: quoniam probasti nos deus igne, examinasti nos sicut igne examinatur argentum. Et iterum Salomon sciens quoniam servos dei oportet temptari admonet dicens: Fili accedens ad servitutem dei, sta in iustitia et timore et prepara animam tuam ad temptationem. Et ut breviter dicamus, omnis adversitas que nos sine nostra occasione tribulat in hoc mundo baptismus ignis est. Quam si magnanimiter sustinueris nichil murmurans contra deum, imputatur tibi illa carnalis afflictio pro peccatis que commisisti. Etiam si tamen non peccasti, quod est difficile, et ignis ille temptationis circa animam tuam non invenit sordes peccatorum.

quas conmendat. conpensatiuam animam fa-
cit splendidiorem. Et quanto gravior
fuit temptacio tanto magis facit cla-
riorem animam. Et in aqua quidem semel
baptizamur. In igne autem sepe dum
vivimus. Quia enim vita nostra in hoc mun-
do numquam munda est a peccatis. Aut enim
videndo vel audiendo vel loquendo vel
cogitando que non expediunt semper
animus sordidatur. Sic numquam a no-
bis ignis tribulacionis recedere po-
test. Et ideo optabilis res est sapi-
entibus quoniam scriptum est beatus homo quem
dominus arguit super terram. Quamvis autem
secundum exteriorem rei ignis et ventilabrum
unus est sensus. Tamen sequens comparaciones ser-
monum puto differenciam esse ignis
et ventilabri ut omnis tribulacio que con-
tingit christianis secundum carnem sit bap-
tismus ignis. Persecucio autem gentilium
vel hereticorum sit ventilacio venti-
labri celestis. et permundabit aream suam

Area est ecclesia. Horreum autem
regnum celeste. Ager vero hic mun-
dus. Sicut ergo paterfamilias mittens
messores metit festucas de agro
et comportat eas in aream ut illuc
contereret et ventilet et discernat tri-
ticum a paleis. Sic dominus mittens
apostolos ceterosque doctores quasi messores
precidit omnes gentes de mundo in aream
ecclesie congregavit. Hic ergo triturati
discimus hic ventilandi. Quia enim gra-
num tritici inclusum in palea foras non
egreditur nisi fuerit trituratum. Sic
et homo de impedimentis mundialibus et de
rebus carnalibus quasi in palea involu-
tus difficile egreditur nisi fuerit aliqua
tribulacione vexatus. Sed sicut plenum
quidem granum mox ut leviter percus-
sum fuerit de palea sua exilit foras.
Si autem sterile fuerit tardius egre-
ditur. Quod si vacuum fuerit foras iactatur.
Sic omnes quidem homines in rebus carna-
libus delectantur. Sicut granum in palea
sed qui fidelis est et boni cordis habet
medullam mox ut leviter tribulatus
fuerit negligens que sunt carnalia
currit ad deum. Si autem modice

infidelior fuerit cum grandi tribula-
cione vix recedit et currit ad deum.
Qui autem infidelis est et vacuus omni-
no contritus fuerit sicut granum vacuum
de palea egreditur. Sic et ille de
carnalibus rebus et de impedimentis
mundialibus numquam egreditur ut tran-
sit ad deum sed illuc in malis constitutus
egreditur. Conteritur ut cum infidelibus
quasi cum paleis foras proiciatur. Et
sicut triticum primum quidem trituratur
et cum trituratum fuerit iacet cum pa-
leis in uno loco confusum postea autem
ventilabitur ut qui fuerant iam
distincta corporibus separentur et lo-
cis. Sic et populus in ecclesia vel motibus
conteritur carnalium passionum magis
semper urgencium vel castigacionibus
corporalibus quasi duris contusionibus vel
conculcacionibus iumentorum et superborum
quasi calcibus irracionalium iumentorum
ut distinguantur fideles ab infideli-
bus per diversas confessionum species.
Cum autem distincti fuerint ab invicem
actibus adhuc in ecclesia habentur con-
mixti. Ideo oritur persecucio quasi ven-
tus ut ventilacione christiani iactati qui
iam distincti erant actibus separentur
et locis ut sicut triticum mundum sic
sancti probati in regnis celestibus reponantur.
Videns ergo quia temptacio non perdit sed
manifestat eos qui in pace non appare-
bant. Sed forte dicas. Nonne melius erat
ut deus ab inicio electos homines vocas-
set ut non semper ventilaretur ecclesia
sed magis in pace consisteret. Audi nunc
quod tu potes cum sit messis tua in agro
triticum a paleis separare. Et si temp-
taveris nec paleas a tritico se-
paras et triticum simul cum paleis
perdis. Sic non potuit fieri de iudeis
vel de gentibus iam electos sine temp-
tacione distingueret et vocaret quoniam
qui non cognoscit christum nec deitatem eius
si errat vel peccat non apparet utrum
propter malum suum propositum peccat vel propter
ignoranciam. Si autem cognoverit
christum et iusticiam eius et erraverit vel
peccaverit tunc manifestum est quia
non ideo errat vel peccat quia nesciat/

quod sit Deus aut quae voluntas ipsius, sed quia non
diligit voluntatem Dei. Haec sine tempta-
tione quomodo fieri possunt? Ecce enim si
palma proposita non sit in stadio, athletam
volentem luctari culpare non potes quasi
infirmum. Incertum est enim utrum ideo luc-
tari non vult quia infirmus est, an quia non
videt propositam palmam. Quod si palmam vide-
rit et luctari noluerit, tunc manifes-
tius est quia propter desidiam suam non vult luc-
tari. Sic et gentilis qui resurrectionis
promissa nescit nec futurum esse iudicium
credit, non potest cognosci utrum ideo
non facit iustitiam quia non amat iustitiam,
an quia nullam mercedem sperat de ea. Si
vero factus fuit christianus et cognovit fu-
turum esse iudicium, tunc peccans mani-
festus est propterea peccare quia non peccat quod odit.
Adhuc forte dicis: Haec secundum hominem di-
cis; eius autem qui cordium et futurorum est cogni-
tor potuit scire quis qualis erat futurus.
Ergo audi: in iudicio Christi iusto non solum
quaeritur ut Christus cognoscat iuste homines
iudicare, sed etiam ut ipse homo cognoscat
se iuste iudicari a Christo, testimonio
cogitationum suarum et operum comprobantibus, sicut
scriptum est: Cogitationibus invicem accusan-
tibus aut etiam defendentibus, in die cum
iudicabit Deus occulta hominum. Iste:
Ecce homo et opera eius. Iste: Arguam te et
statuam contra faciem tuam peccata tua. Si
ergo homo non cognoscens Christum neque iusti-
tiam eius secundum scientiam Dei condemnatur a Deo,
quomodo cognoscet se iuste condemnatum?
Scit Deus quidem cordium cognitor, scit quia
iuste eum condemnavit. Ipse autem peccator
non intelligit iuste condemnatum se, et di-
cere potest: Clamat et ego si cognovissem
Christum et mandata eius servassem, fidem eius
et non declinassem a mandatis ipsius. Propterea
ergo omnes ad cognitionem veritatis adducuntur,
ut manifesti sint peccatores qui non ignoran-
tia iustitiae sed malo proposito peccaverunt,
et non ignorantes Christum recesserunt,
quod magis peccata dilexerunt diligentes. Ergo
vides etiam in omnibus vocabantur electi,
vocari non poterant. Quanto magis nisi non

possunt fieri christiani electi, nisi omnes de
christianis parentibus generarentur. Et non
tantum ideo fiunt christiani quia credunt in
Christum aut quia diligunt eum, sed quia de christia-
nis parentibus perveniunt, et votum eorum
fit non secundum fidem sed secundum genus. Neces-
sarium ergo est ut omnes boni et mali fiant
christiani et agnitionem veritatis accipiant,
et postea missis temptationibus pauci con-
gregantur et multi, ut impleatur quod dictum
est: Multi vocati, pauci vero electi. Numquid
tu reprehenderis quando a tritico separas
paleas et ita recondis? Nec est enim
ratio ut tu cum tritico reponas et pale-
as, quia nec necessariae sunt tibi ad usum.
Et quomodo Deum culpemus quia a fidelibus se-
parat infideles qui non perveniunt ad glo-
riam eius? Et illae quidem paleae habent
per naturam ut sint paleae, et triticum
esse non possunt. Infideles autem non per
naturam habent ut sint infideles, sed sunt
propria voluntate expellentes a se me-
dullam iustitiae. Si ergo illae paleae quae
non possunt triticum esse comburuntur in
igne, quanto magis infideles digni sunt ut combu-
rantur, qui poterant triticum esse si non a
se medullam iustitiae praecidissent.
Et vide quia non dixit: mundabit aream
suam, sed permundabit. Per tempora enim usque ad
consummationem saeculi necesse est ut diversis
modis temptetur ecclesia donec permun-
detur. Et ideo ecclesia Christi numquam sine
temptatione dimissa est. Et primum quidem
ventilaverunt eam Iudaei, deinde gentiles,
modo haeretici, postmodum autem venti-
labit antichristus. Quod enim quasi per modi-
cam auram non permundatur tota triti-
ci massa, sed leviores quaedam paleae modi-
ca aura iactantur, graviores autem
remanent et vacua grana. Necesse
est ergo ut maior expectet ventus et
graviores paleae et grana vacua iacten-
tur. Sic et quando modica est temptatio,
illi pereunt de ecclesia qui nihil sunt. Infide-
les plenius expellantur et permundetur
ecclesia, et non quidem modico flatu
temptationis sufflante pessimi

hoīes recedūt· Si aūt ſurrexerit
maior tēpeſtas· et illi q̄ videntur
ſtabiles ſūt euertūt· tūc venit ihc ad

Galilea ī iordanā ad iohēm·
quādo iohēs p̄dicabat/ dicens· pe
nitenciā agite· appropinquauit enī
regnū celoꝝ ut teſtimoniū acciperet
a iohē· Ecce agnꝰ dei ecce q̄ tollis
pctā mūdi· et ut ꝯfirmaret p̄dica
cionē ip̄iꝰ ut videntes hoīes xp̄m cū
eſſꝫ ſine pctō q̄ſi peccatorē baptizari di
cant apud ſe· Si ille d' cuiꝰ innocen
cia ipē baptiſta teſtimoniū dedit/ bap
tiſmū ſe neceſſariū ſe habē putauit
· quō nos ꝯtempnimꝰ penitenciā q̄
ſumꝰ corrupti pctīs· ſīc teſtificatꝰ
erat iohēs quō ego baptizo vos
ī aqua poſt me aūt veniet fortior me
ipē vos baptizabit ī ſpū ꝫ igne·
ideo tūc venit ut etiā hōc teſtimoniū
eiꝰ oſtenderet/ venit ut ī bapmō eius
aperiantur celi deſcendꝫ ſpūs· pater
clamet d' celo ꝫ ꝑ hōc manifeſtū aperia
tur efficiatur q̄a ve dignoſior
eāt iohē· Sicꝰ enī p̄ceſſit lucifer·
lux nō expectat occaſū luciferi ut
ita p̄cedat/ ſꝫ adhuc eo aſcēdente
egreditur ꝫ ſuo lumine obſcurat cā
dorem illiꝰ· Sic et· iohē p̄dicante
anī xp̄m ꝑprius nō expectauit ut cur
ſum ſuū iohēs implet· et ſic ipē
veniet ī mediū· Sꝫ eo adhuc docē
te aperuit ut ꝑ ꝯparacionē doctrine
ſue ut ex eiꝰ p̄dicacionē iohēs facet
nec uideri iuſticiā· Vn̄ poſtq̄ cepit xp̄c
p̄dicare ad ſe ꝯuenientibꝫ vniuerſis vo
luit doctrina iohis· vn̄ diſcipulis vi
dentibꝫ dicebant ad eū· Rabbi ecce
cui teſtimoniū ꝑhibebas· ecce q̄uō
hic baptizat et oēs veniūt ad eū
· Deinde venit ad baptiſmū nō ut ipē
remiſſionē pctōꝝ acciperet ꝑ baptiſmū
ſꝫ ut ipē ſāctificatas aīas relinqueret
poſt modū baptizandis· Adhuc autē
ut q̄ hūanā accepit naturā totū
hūane nate ī veniat ipleſſe miſte
riū ſ;ñ q̄uis ipē nō eāt peccator tamē
natꝰ ſuſceperat peccatricē ꝑpria
et ſi ipē baptiſmꝰ nō egebat tamē
carnali natā opus erat/ Iohēs ꝓhibebat eū dicēs

Ego a te debeo baptizari ꝫ tu ve
nis ad me· Quō ego diſcedo aſcēdē
tu vnde deſcendis· ergo ut tu me
baptizes nō ydonea racio ut iuſtꝰ
efficiar et dignꝰ celo· Vt aūt ego
te baptizem q̄ ē racio ut iuſtꝰ effi
ciaꝝ ſꝫ ipō es iuſticie radix ut in
celū aſcendas ſꝫ natā ī celo es· et
ſi voluntate d' celo deſcendis· Tu
es ſpūs ego caro· Nūq̄ caro ſpūm
ſanctificare poteſt· Magis autē
ſpūs ſāctificat carnē· Cuiꝰ enī eſt
creandi virtus ipiꝰ ē ꝫ ſāctificandi
poteſtas· Quis dīues a paupere
diuicias q̄rit· magꝰ aūt a diuite
paup· Oīe bonū d' celo deſcēdit
ī terram· Nō d' tra aſcēdit ī celum
Ille antiquꝰ lucifer q̄ mane orie
bat cogitauit apud ſe dicēs· Sur
ꝑ celū aſcendā et cetā· Si ꝫ ille ā
gelꝰ cōſtitutꝰ ꝫ ꝑ ſola cogitacione
ſuꝑbie depoſitꝰ ē d' āgelica gloria
ad ignominiā tenebraꝝ· Ego q̄d
merear pati· ſi hō carnalis et cor
ruptibilis ꝯſtitutꝰ tante ſuꝑbie
opus ipleuero ꝫ dignū me eſtima
uero totiꝰ creature dnm̄ baptizāo· et aīt ei ihc ſīn

Sic enī oportet nos iplere
oēm iuſticiā· nō denegauit/ emi
nencia poteſtatis ſuī· ſꝫ miſterium
diſpēſacōis oſtendit dicens ſine
modo idꝫ/ ſcio q̄a hoc ē iuſtū ut
tu a me baptizeris· ſꝫ modo ſine ut
iuſticiā baptiſmat/ nō v'bis ſꝫ fac
tis adimpleam prius ſuſcipiā et
poſtea p̄dicabo· Quꝯ ꝯ dicit· ſic ꝯ nos
oportet iplere iuſticiā oēm nō hōc
ſignificat ut ſi fuit baptizatꝰ ſꝫ ſic idꝫ/
q̄admodū baptiſmat/ iuſticiā pꝰ
factis ipleuit poſtea p̄dicauit· ſic
ꝫ oēm iuſticiā nō prius v'bis q̄ fac
tis impleuit· Vnde ꝫ lucas teſtat
d' illo dicens· Primū q̄dē ſermonē
feci d' oībus o theophile que cepit
ihūs facē et docē· q' ita ſꝫ oportet
nos oēm iuſticiā implere id eſt
quomodo et baptiſmū ipleuimꝰ

iusticiam. Quomodo implevit iusticiam per baptismum Christus? Sine dubio secundum dispensationem humane nature hominis. Est enim opus habere baptisma qui secundum naturam carnalem omnino sunt peccatores. Sed quomodo implevit iusticiam baptismi sic implevit iusticiam nascendi, manducandi, bibendi, crescendi, dormiendi et lassandi. Sic et suscipiende temptationis, sic et timoris et fuge et tristicie, sic passionis et mortis et resurrectionis implevit iusticiam eorum secundum dispensationem quam suscepit humane nature. Omnes iusticias istas implevit. Ergo sic et natus est non ut deus sed ut homo, quasi homo sic crevit, sic esurivit, sic temptatus est, non homo purus sed deus in homine, quasi homo sic alligatus est, sic flagellatus est, sic crucifixus est et mortuus est, non homo sed per dispensationem deus quasi homo. Si autem hec omnia purus homo implevit, iam non secundum dispensationem humanam implevit omnia sed secundum naturam. Quid autem dispensationis est ante contra naturam, sed ea que passionis sunt homo passibilis paciatur. Quid autem dicenti: Ego a te debeo baptizari? Respondit non ita, iterum sine ostendit quia ipse postea baptizavit in hoc mundo in secretioribus libris hoc scriptum sit hoc manifeste. Et in hoc eos quos baptizavit cum aqua. Ille autem in hoc est in spiritu. Ihesus autem baptizatus

Confestim descendit de aqua. Non ideo quod causa positum est quia confestim ascendit de aqua. Quid enim necesse sit si tardius ascendisset? Ergo potuit sic dicere: Ihesus autem baptizatus ascendit de aqua. Puto autem factum Christi ad misterium primum omnium qui postmodum fuerunt baptizandi. Ideo dixit confestim et non dixit egressus est sed ascendit, quia omnes qui digne secundum omnia membra iusticie formati et consummati baptizantur, in ipso confestim de aqua descendunt, id est proficiunt ad virtutes, ad dignitatem sublevantur celestem. Qui enim ingressi fuerint in aquam carnales et filii Ade peccatores, confestim de aqua ascendunt spirituales filii dei facti. Et ne michi dicas quia multi qualescunque fuerunt ante baptismum tales et permanent post baptismum etiam quando in penitencia baptizantur, nec toto corde penitent illos fuisse quod fuerunt sed retento peccandi proposito baptizantur. Ideo non proficiunt de aqua. Ergo quid ex culpa non proficiunt baptizati quod ad baptismum. Scriptura enim de potestate baptismatis loquitur. Quid enim potest expresstare baptismus qui indigne fuerunt baptizati? Aut certe de aqua confestim festinans ad temptationem contra dyabolum ad liberandum humanum genus. Misericordia enim eum urgebat. Sicut enim dux contra tyrannum deputatus ad bellum mox ut signum expeditionis et processionis accepit festinat exire, sciens quia tarditas eius deperditio est provincie. Nam tyrannus sciens adversum se principem deputatum, et si levius acturus fuerat, crudelius agit. Sic et Christus ex quo baptizatus signum accepit festinabat exire accipiens spiritum sanctum quasi arma celestia. Et ex re sciens quia tarditas eius interitus erat mundi. Nam dyabolus audito quod filius dei descenderat in hunc mundum adversus eum vehemencius festinabat omnium hominum corda in peccatis et in infidelitate concludere, putans se tantum posse perdere quantum non possit Christus salvare. Et aperti sunt celi ei. Non corrupta est ei creatura ipsa celorum, sed per baptismum oculi sensus eius aperti sunt ut videat que sunt super celos. Si ipsa creatura rupta fuisset non dixisset ei aperti sunt, quia quod corporaliter aperitur omnibus est apertum. Quod autem spiritualiter illis solis qui illuminantur in spiritu. Sicut Stephanus qui repletus est spiritu sancto dicebat: Video celos apertos et filium hominis stantem a dextris dei. Sed dicet aliquis illis: Quid est ante celos filii dei clausum? Clausi erant celi qui etiam in terra constitutus erat in celo, sicut ea que superius dixi. Sic nos oportet implere omnem iusticiam bene intellexisti, non dubitas

secundum quod misterium aperti sunt ei celi. Verum
scilicet secundum dispensationem humanam baptiza
tus est secundum autem naturam divinam baptismo
non egebat. Sic secundum humanam dispensationem
aperti sunt ei celi secundum naturam autem sua e
rat in celo. Ergo deo non deo aperti sunt po
sito ergo tamen nec primo homini extra
deum sed deo quasi homini ut exemplo eius in
telligamus. quia omnes homines recti qui bapti
zantur merentur habere spiritum sanctum. si
militer aperiuntur eis celi et vident
ea que sunt in celo non carnalibus oculis vi
dendo sed spiritualibus fidei credendo. qui
enim non credit ea que gloriosa et stabilia
a deo reposita promittuntur in celis ante
oculos cordis eius obscurati sunt celi. Qui
autem firmiter credit et quasi ad illud quod
videt tendit illi aperti sunt celi et cum
corpore est in terra animo est in celo. Ve
rum oporteret credere quia vere aperti sunt
ei celi quia forte erant invisibilia obsta
cula quedam propter quibus obsistentibus anime
defunctorum introire non poterant celos
que homines nec clausa possunt aspicere
nec aperta cum sine hoc modo sive alio
[illegible] intelligatur. Celi omnino aperti sunt
omnino sic est intelligendum aperti sunt ei ce
li id est propter eum. gratia eius aperti sunt celi. non
autem ei sed omnibus propter eum. Et si in singu
lis quibusque generationibus erant quibus a
perirentur. tamen iterum ceteris peccatoribus
claudebantur et nullus poterat esse tam
iustus ut dignus posset esse aperire por
tas celorum ad merendum omnium hominum.
Postquam vero natus est christus baptizatus est sanc
tificatus est gratia illius solius. aperti sunt celi
utputa si ad imperatorem [illegible] homo
qui quod beneficium dignitatis et ipse tamen
[illegible] non habet fiduciam petendi neque
amicitiam impetrandi vadit ad fratrem
magni imperatoris vel ad amicum carissimum
ut intercedat ad illum sic illi dicit Ecce
ego non beneficium illi do sed tibi id est propter
te illi do. Verum non illi donatur cui datur
sed illi propter quem datur. Sic et hic dicitur ei
aperti sunt ei celi id est propter eum nobis aperti sunt
[illegible] autem manifeste scire
christum ei si aperiebantur iterum clau
debantur. Verum iusti quidem forsitan
ascendebant in celum. peccatores autem

neque. Forte autem dixit forsitan in quibusdam
placeat et ante adventum christi iustorum animas
ascendere potuisse in celum alioquin nullam
animam ante christum arbitror ascendisse in ce
lum ex quo peccavit adam et clausi sunt ei ce
li. sed omnes in inferno detentas propter quas
etiam descendit ad inferos sicut ipse in sapientia
dicit. Descendam ad inferos partes terre
et visitabo omnes dormientes et illu
minabo sperantes in deum. aperti sunt ei
celi. sic aperti sunt ut numquam clauderentur.
Ecce baptizato quidem christo aperti sunt ei tan
tum postquam vero tyrannum vicit per crucem
et resurgens ab angelis portabatur in ce
lum videntes angeli portitores quia celi
celi non erant iam claudendi sed omnes iusti
et peccatores pariter ascensuri erant in
celum et statim ante tribunal christi quoniam
non erant necessarie porte celi celo pos
tea numquam claudendo. Ideo dicunt. Aperite
portas et introibit rex glorie. Iam enim
erant aperte et tollite portas principes
vestras. Ante ista celi sunt scripture divine
prophetarum apostolorum in quibus habitat deus de
quibus scriptum est. Quoniam videbo celos opera
digitorum tuorum. Ergo qui baptizatur et
qui meretur accipere spiritum sanctum aperiuntur
ei omnes scripture ut intelligat que ibi po
sita sunt misteria deitatis. propterea autem
in omnibus aperiuntur. quoniam quidem falsum baptismum
habentes non possunt accipere spiritum dei
tatis. quosdam autem non baptismus impedit
ne accipiant spiritum deitatis et aperiantur
eis scripture sed propositum malum quamvis
fuerint baptizati. Sicut enim in celo celatur
deus sic et in scripturis absconditur. Et sicut hoc
celum corporale omnes quidem homines vident
non autem aspiciunt deum habitantem in eo
sic et scripturas divinas omnes homines le
gunt non tamen omnes intelligunt deum
deitatis positum in scripturis nisi qui fuerit
sic baptizatus ut accipiat spiritum sanctum.
Unde et apostoli priusquam baptizarentur in spiritu
sancto clause erant eis scripture exponen
tes de christo sicut dictum est scriptum est. O tar
di corde in omnibus que prophete dixerunt. post
quam vero apertum est aperuit eis sensum
et sufflato spiritu sancto tunc reserate sunt
omnes scripture ante oculos cordis eorum
ut intelligerent que scripta erant

de xpo et ideo forte hic dicit apti
sunt ei celi. Apti merito autem videt
scindi celos. Quia sicut evan
gelista scripture manifeste sunt non co
asse. Nam quotidie sicut consumatores
sedi ex eis accipiunt exempla sicut
meritum aut etiam cisse sunt et inutiles
facte quia postquam iam legem et prophetas non
utimur sed evangelio xpi quasi celo
sublimiori et nobiliori. *[descendit]*

sicut columbam et venientem super se
In xpo misterio natus est xpo filius in
misterio et spiritum sanctum accepit. Sed enim
filio dei baptismum recipiente a spiritu
descendente unus in forma stabat huma
na. Alter in specie descendebat columbe
Tertius ~~aut~~ autem nec in forma sta
bat humana nec in specie descendebat
columbe sed in voce tantum audiebatur
descendente desursum. Ex hoc confes
sio est insipientium hereticorum. Prude
tiores autem heretici non dicunt tres u
num esse deum sed tres habere eandem sub
stantiam quemadmodum magister mater domus quod homines
sue conficerunt. Videatur quod enim quis
cum sit equalis non dixit in dilectus
ut ne quemadmodum deus. Ita et spiritus sanctus
videatur patrem xpi fuisse. Nam si equales
sunt per omnia quemadmodum ille paternitate
est honoratus sic et spiritus sanctus. Si autem deus
quid pater est quia filium habet spiritus autem
sanctus non est pater quia non filium habet non est per
omnia equalis. Non dictum est hic est filius meus
dilectus nec cum xpo etiam filius est quemadmodum
modum xpo. Si autem non est filius quemadmodum
xpo sed minister xpi fidelis non est xpo
equatus

Spiritus sanctus habuit speciem
columbe quoniam pre omnibus animalibus hec cul
trix est caritatis. Omnes enim species ius
titie quas habent servi dei in veritate pos
sunt habere et servi dyaboli in simula
tione. Habent enim dyaboli et mansuetos
et humiles habent castos et elemosina
rios et omnem speciem boni quam faciunt
dei ad salutem ipsam et dyaboli in dominum
ad seductionem ut inter bonum verum

et bonum simulatum confusio ut simplices
homines qui boni dei et boni simulati intelli
gere differenciam caute non possunt du
cunt bonos dei veros incurrunt in se
ductores dyaboli. Solam autem caritatem
sanctam spiritus non potest inmundus spiritus
imitari. Omnes ergo species iusticie inveniuntur
sola gratia vere caritatis dei non invenitur
nisi est servus dei. Ergo hanc privatam
speciem caritatis sibi soli servavit spiritus
sanctus ut per nullius iusticiam et testimonium
sic cognoscatur. Ubi est spiritus sanctus quemad
modum per gratiam caritatis *[hic est filius meus dilectus]*

in quo complacuit. Et vide in monte sic dicit
hic est filius meus dilectus in quo complacui
ipsum audite. Hic autem tantum dixit In quo
complacui quia illic ex parte cognoscebant
iam filium dei. Et quia putaverunt erran
tes xpum moysi et elye similem esse
Ideo addit ipsum audite. Non ut leges
et prophetas non audiatis quam legem et prophetas
ut servirent quia deus ipse est legis et
prophetarum. Hic autem cum adhuc cognoscitur
xpi persona non conveniebat dicere ipsum
audite. Quia quando persona firmiter
cognoscitur tunc et fideliter doctrina susci
pitur quoniam persone dignitas commendat doctrinam *[et ductus est a spiritu]*

C. iiij.

In desertum ut temptaretur a dyabo
lo. Ex eo quod subiungit ductus ut tempta
retur a dyabolo ostendit quia a spiritu sancto est
ductus sed non quasi maior precepto sed quasi
maior minorem hortatu. Nam non solum
ductus dicitur adductus dicitur quasi alterius po
testate ducitur. Sed etiam ille alterius ra
cionali exhortacione placatur. Sicut de scriptum est
de andrea invenit symonem fra
trem suum et dixit ei invenimus messy
am qui dicitur xpus et adduxit eum ad ihesum
et certe non potestate eum adduxit sed ra
cione placavit quemadmodum si magister mili
tum videt dominatum tyrannum et debel
consilium regi dicens Exi obviam illi quia
tota perit provincia. Nam fortior est tua
fama quam mea virtus. Et certe rex a
magistro militum ducitur. Ad homines quidem
dyabolus vadit ut temptet eos nam homines
ad dyabolum ut temptetur ab eis. Quia
autem adversus xpum dyabolus ire non

potat' sed contra dyabolum xpe prestat // Constat i nobis esse quinque baptismata. Unum i verbo s. et xpus dicit et vos mundi estis propter verbum qd' locutus sum vobis. sedm i aqua s. tinctis e manifestum. tertium aut in spu s. sceptum e. Ihoes quide baptizauit vos aqua. vos aut spu sco baptizabamini. Qrtum vo p igne qd e temptatio psens. qm aut baptizant' hoies et i igne testis e dns p ysayam Et auferam inqt sordes filiorum isrl' d' medio eoz et sanguine eoz mundabo i spu iudicij z spu combustionis ortoris // Consequit' pphta aut. q' ma p basti nos igne et postmodum Transiuimus p igne z aqua z i duxisti nos i refrigerium. sic em aurum et argentum combustis i fornace sordibz colatur. sic ho in fornace temptacois nisi deposit' pctis sanctificat'. Qntum i morte s. ipe dicebat. Baptismo habeo baptizari et quo coartor usqz dum pficiat'. Anima aut pccon iustificatus e a pcto. Ille aut pctis remittitur i morte sac q' itelligit' pro q' pcto itroducta e mors. Ita si ppt' pctis moritur ho sine dubio soluitur ppt' qd moritur. sed dns p'ps baptizatus e i vbo factus sb lege d' ihoe acto i aq a pre vo i spu. Nunc a spu ducitur i desertum ut baptizet' i igne temptacois postmodum aut baptizandus i morte // Nunc nunc videamus q' sit qui baptizant' i igne et qui baptizant' i igne. Ut aut sciamus vidcudum nobis e qd e qd' dicit. Tunc ductus e qui qui pr' clamauit d' illo. hic e filius meus dilctus i q' m' cplacui. videce q' qa nemo baptizat' i igne temptacois nisi q' factus fuit filius di. Qm dum em cathecuminus e ho mundum abrenuntiat dyabolo z oibz opibz eius plenius baptizatus a xpo se reddit dicens. abrenuncio sathane z omnibz opibz eius. Sic cathecumino ei constituto qsi suspectus. adhuc p9 baptismum aut qsi alienum factum tota virtute psequitur

Baptismus aut signaculum e fidei. Nunc miles p9 miliciam signatur ut iam sedeat z quiescat. sz magis an miliciam et postmodum militet et laboret. Ita et athleta ante certamen ~~certamen~~ vngit' ut luctet' ut sic et spualis homo sed oleo crismatis vngit' ut contra dyabolum qsi spualis athleta luctet'. Oz quia nitiorum temptati fuerit superantur et pereunt illi tales a spu no ducunt' ad temptatione suscipiendam nec sut filij. Qm q' spu di agunt' hij filij sut dei. sz a pctis expelluntur ppis. Q' aut a spu dei ducuntur ad temptatione no superantur. Uerum tamen dyaboli i igne non baptizant'. Quare qa no potest fieri ut depositis sordibz emendet' q' totus e sordidus. Sicut lateron aqua lauando nunq aliquid mundatur sz magis commoto luto amplius sordidatur. Ille em mundat' i q' e aliquid bonum qd' emendet'. ut puta bonus homo si carnalibz vicijs sordidatus fuit temptat' ut bonum eius illud emendet'. In illo aut quid mundatum est i q' nichil e bonum. Secundum hoc tu videns aliquem puersum xpianum nunq temptari a' periclitari. cum videris hereticum nunq psecutorez temptationum pati noli scandalum pati nec dicas. quo heretici nunq psecutione patiunt' sz semp fideles. Quo mali hoies nunq periclitant' sz sp boni. Scito quoniam qui filij di sut hij tantumo i temptacoibz baptizant' i igne. Veniat tibi i mente qd' docuit te paulus apostolus dicens. Et omes volentes pie viuere psecutione patiunt'. Mali aut hoies z seductores pficient i peius errantes et i errorem mittentes // Nunc videamus qui baptizatur i igne postq baptizant' i aq. Postq fuit baptizatus i spu i qrto loco baptizat' i igne. Multi autem etiam cum aqua baptizati fuerint non baptizant' i spu. Nisi em quis an baptismum aque sic deposuerit a

se totum peccandi proposito ut dignus
sit spiritus sanctus in templum cordis sui
suscipere non baptizatur in spiritu nisi
quia spiritus sanctus fugit hominem fictum
et non habitat in corpore subdito pec-
catis et ideo non fit filius dei. Et hii
sunt qui cum temptati fuerint superantur
et pereunt. Qui videntur quidem
filii dei facti propter aquam baptisma-
tis. Revera autem non sunt filii dei quia
non sunt in spiritu baptizati. Nam corpore
quidem baptizati sunt animo autem cathe-
cumini sunt quia aqua corpus baptizat
spiritus autem animam. Ergo non solum duc-
tus est christus in desertum a spiritu. Sed omnes
filii dei habentes spiritum sanctum ducuntur
a spiritu in desertum ut et ipsi temptentur
a dyabolo. Qui enim habet spiritum dei non
sunt contenti sedere ociosi. Sed ipse
ipse spiritus qui est cum eis urget eos ad
aliquod opus apprehendere magnum
cum dyabolus adversatur quod est in deser-
to. Ut autem intelligas quod omne bonum
quod secundum deum est bonum in deserto est
videamus autem quid est desertum. Est autem
desertum secundum deum et est desertum secundum
dyabolum. Nam carnalis domus dyaboli
est et omnis iniusticia epulacio eius
est. Quantum ad deum desertum est quoniam non
est in ea iusticia dei. Spiritus autem domus
dei est et omnis iusticia eius epulacio
est ipsius. Quantum autem ad dyabolum
desertum est quia iniusticia non est in eo quia
dyabolus delectatur. Est quare natura car-
nis dyaboli domus est quia omne malum
intus in carne est. Quia secundum voluntatem
carnis est et intus in mundo est quia secundum
voluntatem mundi est. Omne autem bonum
foris est extra carnem quia non secundum volun-
tatem carnis foris est extra mundum quia
non est secundum voluntatem mundi. Vides e-
nim ergo quia omnes res spirituales
extra fines carnis est foris et quasi in
deserto est et extra fines mundi est foris.
Unde qui vivunt secundum dei manda-
tum exisse dicuntur de mundo non cor-
pore sed conversatione exisse dicuntur
de carne et in spiritu esse. Domus

autem dei spiritus est quia omne bo-
num intus in spiritu est quia secundum vo-
luntatem spiritus est. Omne autem malum
foris extra spiritum est quia non est secundum
voluntatem spiritus. Vides ergo quia omnes
res carnales foris extra fines spiritus
est et in deserto est. Ergo quantum ad deum
desertum est natura ubi non est via iu-
sticie in qua non invenitur aqua spiritus sancti
Et est inpenetrabile desertum de
quo et propheta dicebat. Oriuntur in te
anima mea in terra deserta et in via et
in aquosa. Quantum autem ad dyabolum
desertum est omnis res spiritualis et
est laudabile desertum. De isto deserto
dicebat deus ad pharaonem Dimitte
populum meum ut serviat michi in deserto.
In isto enim deserto vult deus omnes su-
os sibi servire. Ad istud desertum
omnes filii dei qui habent spiritum sanctum exe-
unt ut temptentur. Reputa proposu-
isti non ducere uxorem. Duxit te spiritus
sanctus in desertum id est eiecit te extra
fines carnis et mundi ut tempteris
a concupiscentia carnis quia non habet
castitatem in se vel delecteris in ea secundum
carnem. Si autem intus eras in carne
et in mundo id est secundum naturam carnis
et mundi haberes uxorem non temp-
taberis. Quomodo temptetur enim in car-
ne libidine qui cottidie est cum uxo-
re. Proposuisti ieiunare extra fines
carnis et mundi existi ut tempteris
in fame a spiritu gule. Si in finibus
autem carnis et mundi positus mandu-
cabas et bibebas non temptabaris a
spiritu famis et gule. Quomodo enim tempte-
tur in fame a spiritu gule qui numquam e-
surit. Ecce et dominus numquam temptatus fu-
isset in fame nisi quadraginta diebus ie-
iunasset et tunc esurisset. Proposuisti elemo-
sinas facere proximis foras existi quia
natura carnis et mundi non delectatur
dare sed accipere. Si autem non dabas
temptabaris a spiritu avaricie. Statuisti pro-
ponis humilitatem servare existi in deser-
tum ut tempteris a spiritu superbie quia
caro et mundus in humilitate non delec-
tantur. Exurget aliquis dyaboli
angelus qui te conculcet et iniuriet

humilitatem servare. Dum vides quod in hoc seculo humilitas contempnitur dolens eam servasse quia superbia honoratur. Et tunc habes omnes species victorie nonne sine temptacionis a spiritu vane glorie suscipis enim gloriari quia vicisti quia spiritus vane glorie precipue a sanctitate nutritur. Scire autem debes quod filii dei non possunt temptari a dyabolo nisi in deserto exierint sed ea que diximus hoc est nisi proposuerint aliquas studere virtutes. Filii autem dyaboli et intus in carne et in mundo constituti constringuntur et pereunt. Quomodo verbi gratia bonus homo si uxorem habuerit homo est enim esse intus in carne non temptatur in libidine non fornicatur sed sufficit ei uxor sua. Malus autem et intus in carne constitutus licet habens uxorem fornicatur et non est contentus una ista. Filius dei si intus in carne fuerit manducans et bibens non temptatur in esca non inhebriatur non se delectatur sed mensurate manducat et bibit. Filius autem dyaboli et intus manducans et bibens non est contentus mediocribus cibis et potibus sed inhebriatur et ad lautiores cibos extenditur. Iterum filius dei si intus sit in carne nemini aliquid dans non temptatur quia alteri non tollit. Malus autem intus nemini dat tamen alienum tollit. Et sic in omnibus rebus tractans invenies. Vides ergo quia est et ista differentia distincta inter filios dei et inter filios dyaboli. Quoniam filii dyaboli non exeunt ad dyabolum ut temptentur sed dyabolus venit ad eos ut temptet licet non exeunt extra carnem ad illum sed intus in carne devincuntur ab illo. Quis enim apud habet foras ad certamen exire qui non desiderat vincere sed dyabolus venit ad illos quasi ad familiam suam. Filii autem dei foras exeunt ut temptentur ab illo licet extra fines carnis quia si intus fuerint non potest ad illos venire dyabolus quia dei sunt nec potest illos temptare sed supra diximus. Ergo quia dyabolus non potest intrare ad illos sed ideo et qui fuit gloriosiores filii dei extra fines carnis exeunt contra illum quia victorie gloriam concupiscunt. Propterea in hoc loco non dyabolus venit ad christum ut temptet eum sed ut christus exiit ad dyabolum ut temptaretur ab eo dans suis exemplum. Hec omnia diximus propter illud quod ait. Non solum ideo temptabatur quia ieiunabat sed ideo etiam ieiunabat quia temptabatur. Ieiunium autem non est irritacio passionis sed expugnacio ei. Ergo ieiunanti [illegible] et non intres in temptacionem. Placuit autem deo inducere te nisi dicas quia perdidi factum ieiunii mei. Nam et si non tibi proficit ieiunium tuum ut non tempteris tamen ad illud tibi proficiet sine dubio ut a temptacionibus non vincaris. Sic primo profuit multis modis. Dyabolus audierat quia christus natus est in hoc mundo ut angelis predicantibus ad pastores vel pastoribus referentibus ad mariam vel magis convenientibus in ierusalem adorare cuius stellam viderant vel iohanne ostendente Ecce agnus dei ecce qui tollit peccata mundi sed faciebat incertum natura eius carnalis. Dicebat enim apud se hic non potest esse filius dei qui de muliere et viro est natus. Nam et ideo desponsata et domi habita natus est ut partus maritalis dyabolo tela[illegible] celaretur. Si autem de simplice natus fuisset facile potuit cognoscere dyabolus quia filius dei est. Cogitaret enim apud se maria non est et si fornicata fuisset ergo sine dubio scirem quia omnis fornicacio me ministrante committitur. Sine dubio iste filius dei est. Nec enim potest fieri ut de muliere homo sine viro nascatur. Ideo desponsata intravit in domum Ioseph ut dum maritalis conceptus estimatur unigeniti dei nativitas non cognoscatur. Hic est rex glorie qui pannis involutus nec locum in diversorio habere poterat sed in presepio positus est. Hic creator est rerum qui creavit et per singulos gradus etatis ascendit

Hic est ille servus qui cum peccatoribus et pro peccatoribus
est baptizatus. Ergo ipse eum temp
tabo et si quidem invenero eum hominem
simpliciter puto dominabor illius sicut omnium
hominum. Si autem invenero eum secundum auditum
filium dei postmodum recedam ab eo nec
congrediar contra eum, quia qui vadit con
tra fortiorem se occasionem vult victo
rie perdere. Si autem subduxit se et evacua
vit virtute illius. Sciens ergo
dominus cogitationem dyaboli qua vole
bat eum temptare, processit contra eum non
quasi deus sed quasi homo magis autem nec
in toto quasi deus nec in toto quasi homo. Nam
quemadmodum quadraginta dies non esu
rire non hominis est erat, sic aliquando esuri
re non erat dei. Ieiunavit ergo quadragin
ta diebus propter duas causas: primum ut
nobis adversus temptationem ieiuna
di daret exemplum. Deinde ut qua
dragesimum ieiunium nostri ponat mensuram.
Esurivit et ut ne nimis su
pra mensuram ieiunans manifeste in
telligeretur deus et si dyaboli quidem
spem extingueret suam autem victo
riam impediret. Statim dyabolus quando
videns per quadraginta dies ieiunan
tem desperaverat, postquam sensit esuri
entem iterum cepit sperare et sic ac
cessit ad esurientem et invenit virum
nunquam esurientem et dum temptat esu
rientem vincitur a non esuriente. O ce
citas dyaboli manifesta quo suspica
tus est non esse filium dei per quadraginta di
es esurientem sensit et per quadraginta di
es non esurientem non intellexit. Nam
simpliciter esurire hominis est, ita per quadraginta di
es non esurire hominis non est. Non cogi
tavit quoniam qui naturaliter non vere non esurit
per tot dies esurire potest. Qui autem non
esurit per tot dies non non potest. Fortis
ad ea que infirma sunt potest descendere,
infirmus autem ad ea que fortia sunt ascen
dere non potest. Sic ergo magis ex eo quod
per tot dies non esurierat intelligere
debuerat quia deus est quam ex eo quod post
tot dies esurit quod homo est. Nam deus que
hominis sunt agere potest, homo autem que sunt dei
agere non potest. Sed forsitan dicis Moy
ses et Helyas quadraginta dies
ieiunaverunt et homines sunt. Illi

ieiunantes esuriebant et sustine
bant. Iste autem quadraginta diebus non
esuriens esurivit. Hoc est enim quod dicit: Et cum ie
iunasset quadraginta diebus postea esu
riit. Esurire enim et non manducare pati
entie est humane, non esurire autem est po
tentie divine. Quod ergo quadraginta diebus
non esuriit postea esuriens demon
stravit quia esuritio eius voluntaria fuit
non necessaria. Quod ergo est simpliciter sicut dyabolus
omnes homines excecabit ut non cognos
cerent quod est bonum, sic modo invisibiliter
ipse a Christo excecatus est ut non cognos
ceret Christum. Cogitavit enim apud se si
potuerit de lapidibus facere panes vere
filius esset dei, si autem non potuit homo est.
Sed quam fuit cogitatio ista prava. Hoc enim
potuit cognoscere si filius
dei erat aut non. Primum si filius dei erat
nec esuriebat, quando enim non vincerat
necessitatem nature carnalis que ipsam
necessitatem in natura creavit et ut
quid de lapidibus faceret panes qui panem
cum omnibus aliis rebus ex nichilo cum
voluit fecit. Deinde et si esuriebat
propter corpus et volebat facere faciebat
quando ipse volebat non quando dyabolus
provocabat. Si ergo non faceret verum sciebat
verum. Ideo non fecit quia non potuit quasi
homo aut quia voluit quasi deus qui et fecit. Nam
nec fecit nec dixit possum et volo
ut ne ostenderet esse filium dei nec dix
it non possum ne se ostendat menda
tem confitens se hominem cum esset deus.
Sed quid non dixit: non in solo pane vi
vit sed in omni verbo dei ut non videatur de se
dixisse sed medio modo. Non in pane solo
vivit homo quod poterat respondere et filius
dei abscondens se ne ostenderetur quod potest
et homo astutus excusans se ne ostendatur
quod non potest. Sic ergo cum ex hoc responso nichil
certum addiscere potuisset utrum deus esset
an homo assumpsit eum ad aliam temptationem
dicens apud se: Iste qui in fame non vin
citur et si non filius est dei tamen servus est.
Valet enim omnes sancti et spirituales fame
non vinci sed postquam omnem necessitatem
carnis vincunt per vanam gloriam cadunt.
Ideo cepit eum temptare in gloria vana quoniam

Audis dicentem ductum a dyabolo· nichil
cogites de potentia dyaboli quia po
tuit ducere xpm sed de paciencia xpi mi
rare quia sustinuit ut a dyabolo duce
retur· ergo in sequente domino non infir
mitas sed paciencia est· In ducente autem
diabolo non est virtus sed superbia est quia dyabo
lente xpm non intelligens quasi mor
nutu tuum ducebat· Ille ductus est ut nos vo
luntatem dyaboli non sequamur· et sta
tuit eum supra pinnam templi· sed forte
cogitamus quomodo in corpore constitutum
omnibus videntibus statuit illum super
templum Si potestatem xpi consideramus intelligi
bilia inveniuntur omnia· forsitan enim
diabolus quantum ad se sic eum assumebat ut
ab omnibus videretur· Ipse autem nesciente
te dyabolo invisibiliter sic agebat
ut a nemine videretur sicut scriptum
est de domino· Ipse autem transiit per medi
um eorum et abiit· sic enim abacuc
homo constitutus a nullo est visus quando ab an
gelo per comam capitis portabatur
de Judea in Babiloniam quanto magis
est credibilius de xpo non fuisse visum
cum volens a dyabolo assumeretur·
Et statuit eum supra pinnaculum tem
pli· Cogitavit enim apud se si misse
rit se per aerem scio quia filius dei
est sine dubio enim emittet se ut cog
noscat quid est· Si autem non potuerit
se mittere scio quoniam homo est· Cur ergo
a aut concupiscencia vane glorie ipse venit
de celo· Nam cum esset angelus volens
se ostendere deum perdidit et illud quod
erat dum voluit apparere quod non
erat· sic putavit et xpm concupiscen
cia vane glorie agere· Nam sicut diffici
le aliquis suspicatur malum qui ipse est
bonus· sic difficile aliquis suspicatur
bonum qui ipse est malus· Iterum hanc posi
cionem quomodo potuit cognoscere si filius dei
esset an non· Primum volare per aerem
non est proprium opus dei quia nec est
hominis utile aliquem ut ad animam vel ad
corpus· Si ergo nulli necessarium est neque
proficit ad salutem volare autem aliquo
provocatus propter ostentacionem solum hoc

facit et hoc ex dyabolo potius quam ex deo
· Si homini ergo dignitatem et sapientis suf
ficit esse quod est et non est necessarium
ei apparere quod non est quia non hoc homini
prodest quod videtur ab aliis sed quod est apud
se quanto magis filius dei ostendere se ne
cessarium non habet sine causa ali
cuius utilitatis cui nichil necessarium
est sed totum possidet in natura sua quomodo ne
mo potest tamen eum cognoscere quantum est apud
se· Si ergo non volaverit quomodo potuit per
hoc cognoscere· Verum non potuit propter in
firmitatem quasi homo aut noluit propter va
nitatem quasi deus quia non credidit fuat
sed temptatus vide superbiam inimici
quomodo ipsa invitacio eius iniuriosa est
et nunquam dicere descende per aerem ambu
lans sed quod mitte te deorsum nec te
nuit cogitacionis ne forte si vere filius dei
inveniatur illi fecisse iniuriam· sed
nichil dubitat dicere nec facere quoniam
est sibi reliquit quod peteret et tamen non
impulit non tetigit non appropinquavit
sed tantum dixit si filius dei es mit
te deorsum te ut sciamus quoniam omnis qui
obaudit dyabolo ipse se deponit
deorsum· Nam dyabolus ad malum hor
tari potest cogere non potest· O dyabo
le quoniam filius dei angelorum manibus por
tatur· legisti et quia super aspidem
et basiliscum calcat non legisti sed illud
quod est exemplum profert superbus quasi hoc
autem tacet quasi astutus· Nam et vere
filius dei angelorum manibus non portatur
sed ipse magis angelos portat· Nec enim
creatura portat creatorem sed creator
creaturam· Si autem creatura baiulat
creatorem· ergo creator antequam fecerat cre
aturam a quo portabatur· Nam ut xpus
cum portabatur in manibus angelorum non
quod portabatur ut non offendat ad la
pidem pedem suum quasi infirmus sed propter ho
norem potestatis quasi dominus sicut scriptum est
Qui sedes super cherubin appare· Et
illud quando quod referat dyabolus
quasi persona xpi verum est dicitur· Si
enim quoniam tu es spes mea altis

sinū posuisti refugiū tuū z certa
oz nō d xpo dictū ē tantū s; hom
homī iusto q̄ psonā xpi suscepit
Hō dixit nō temptabis me dnm
deū tuū ne se manifestaret deū
oz ita nō teptabis dnm deū tuū
etc. g° ex hoc responso trāsit ad
terciū aū dixit eīn tria hec recia
extensa habes sup oem mūdū
ut q̄cūqz euaserit d' recibz gule i
currat i recia vane glīe q̄ eua
serit d' recibz vane glīe icidit in
recia auaricie d' hijs aū tribus
nullus homī ad pfectū euasit et si
euaserit nō integer s; cruētus e
uasit h' aūt iam recia ventris dis
rupit recia vane glīe cūsenut
ponā ei nūc recia auaricie et os
tendā illi oīa regna mūdi. Si
cōcupierit ea scio q̄a hō ē. Tam
omēs hoīes pp̄t pecūnie auariciā
z pp̄t vanos honores seruiunt
michi. Si aūt cōtēpserit ea scio
q̄a filius dī ē nec eīn potest desiderare
q̄d ipē creauit nec delectatur
terrenis q̄ fruitur celestibz. Nā z
si aliis mētiebatur dyabolus sua
eē oīa apud se dicebat tamē q̄a nō
erant eius s; dī. Cū ipē dyabolus cir
cuiens oem terram excelsiorē ce
teris cōgnoscebat. Et ostendit illi
oīa regna mūdi z honores eorū
forte tractans apud se q̄d potuit
eē. Ille mons d' q̄ omīs tra vide
batur etsi erat sup oem terram tā
qūtū z si ad diuinitatē suā videbat
tamē qūtū ad dyabolū illi osten
dē nō poterat quē hoīez estimabat
oz ita itelligendū assūpsit eū su
per montē excelsū q̄a quātomagis
excelsior fuit mons tātomagis
aspicienti ex eo spaciosior videtur
Ostendit aūt ita ut nō ut ipā reg
na vel ciuitates eorū ut ipsos vel
argentū vel aurū videret s; ptes
tre in q̄bz vnuq̄qz regnū vel
vnius cuiqz regni ciuitas posita

erat verputa si ascendēs sup excel
sum longū digito extenso dicam
Ecce ibi ē roma q' ibi ē alexandria
etc. ostendo tibi ut ipās videas ci
uitates s; ptes tre i q̄bz posite s'
sic eīn nautē vnā stellā aspicien
tes nō ducūt ad vnāq̄qz puinciam
vel insulā oz ad vnāquaqz ciuitatē
perdere. Quoniam anima in arbitrio suo est ut
ad quod voluerit valeat declinare
caro autem in arbitrio suo non est sed in
malo enim vendita est sub peccato et non
potest bonum velle. Sed autem caro sinistra
dicitur et anima dextra. Quoniam caro ad tempta-
cionem nobis creata est. Anima autem ad salu-
tem. Hec est sicut arbitror loci istius in-
terpretatio vera possumus tamen et aliud
invenire colorem respectus vel conside-
racionis noster oculus est anime voluntas
alicuius operis faciendi et movens
manum ad aliquod opus. Manifestum est
secundum ea quae diximus verbi gratia erat mulier
quedam religiosa vel virgo vel vidua
respexi et consideravi et dixi debeo
visitare mulierem illam assidue ut
si quid religionis ignorat similiter
instruam eam et confirmem ipsam in
ipso bono proposito eius. Bonus respectus
est iste et oculus dexter. Ergo dum as-
sidue visitem eam decidi in laqueum
desiderii eius et ipse respectus meus dex-
ter factus est mihi in scandalum. Videtur ergo

oportet fieri erutus illum talem res-
pectum bonum qui mihi generatur contra ma-
lum. Aliter sic vidi orphanam quandam
et dixi: debeo illam accipere in domo
mea et educare donec veniat
tempus nubendi. Vadens tunc ei sub-
ministrare que necessaria erant. Bonum
opus hoc et dextram manus eius.
Sed dum causa subministracionis
videi eam decidi in laqueum desiderii
eius et opus illud bonum meum et
dextra manus in scandalum facta est
michi velita. Videntes me quia
familiariter agerem cum ea scandaliza-
ti sunt dicentes quod sibi volo hic esse
quod iste sic familiariter loquitur cum pu-
ella. Sed oportet precidere tale opus
et bonum quod vel michi vel alteri
generat malum. Non quod et alii generat
malum mihi generat quod per me factum est
ut alter scandalizetur in me et
hec proponens generaliter diximus verbi tamen
generaliter omne bonum quod nos vel alios
scandalizat et perdere debemus a no-
bis. Nam quale est illud bonum ex quo
nascitur malum. Melius est enim vel sine
uno respectu et aliquo uno bono opere sal-
vemur quam dum omnia bona opera volue-
rimus facere cum omnibus pereamus. Sed
et alii aliter interpretantur hunc locum
vel inquirunt corpus ut non solum de
periculo nostri peccati curemus abstinen-
tes nos ab omni concupiscentia mala. Sed
etiam ne vel propinqui nostri vel a-
liqui ad nos pertinentes turpe a-
gant. Aliquid verbi gratia habes aliquem
vel filium vel fratrem vel amicum qui
sic bene aspicit res tuas quasi propria
manus tua et est tibi quasi dextera ma-
nus et illum talem si cognoveris
aliquid turpiter agere precide illud
ab anima et proice longe abs te quia
scandalizat te. Quia non solum pro nostro
peccato sed pro peccatis proximorum nostrorum quos
tamen possumus cohibere nisi eos co-
hibuerimus et repulerimus a no-
bis dabimus racionem. Et quoniam omnes

Christiani unum sumus corpus et alter al-
terius sumus membra melius est ut sine
uno aliquo talium membrorum salvemur quam
ut volentes illos tales habere cum ipsis pe-
reamus cum eis. Dictum est autem quicumque. Si quis
vult dimittere uxorem debet illi libellum re-
pudii. Ego autem dico vobis. Si quis dimittit
uxorem excepta causa fornicationis facit
eam mechari. Et qui dimissam duxerit mecha-
tur. Hinc minimum mandatum mandatum mi-
nimum appellat in disciplinatos et lascivos
qui nullum estimant peccatum uxorem dimitte-
re dato libello repudii secundum quod necesse est stare
pro legis mandatum. Cum prius Moyses fi-
lios israhel eduxit de egipto gente qui-
dem erant israhelite moribus autem e-
gipcii propter quod more gentilium contingebat
ut odiret vir uxorem et quia dimittere illam
non permittebatur paratus erat interficere eam
aut si non interficiebat propter timorem legis
tamen assiduis cruciatibus affligebat.
Ideo iussit dari repudium non quia bonum
erat sed quia remedium erat maioris mali ne
dum malum verentur facerent peius. Er-
go propositum fuit legis repudium dare
mandatum ut ne homicidium fiat. Nonne
in facto solo fit homicidium? Nonne et in vo-
luntate et coram hominibus quidem in facto fit homi-
cidium coram deo autem in voluntate. Si quis enim qui iras-
citur fratri suo sine causa etsi non potu-
erit occidere eum occidit eum in corde suo.
Ut si quis concupiscit mulierem et non
habuit eam adulteratus est eam in corde
suo quia voluntas eorum impedita est non
correcta. Sic qui odit uxorem excepta
fornicationis causa et sic eam odit ut
dimittit eam et ut nisi haberet licen-
tiam dimittendi eam occideret iam in
corde suo occidit eam quantum ad deum
quia opus homicidii defuit et non occide-
ndi voluntas. Vides ergo quia lex sapiens
dare repudium opus homicidii compescuit
non peccatum et non solum homicidii crimen
non sustulit quantum ad deum sed etiam
aliud in dimissionis introduxit peccatum.
Cum libellus repudii testis testimonium

est soluti coniugii. Nunquid ministra solvendi
coniugii? Propterea dato repudio solutum quasi
coniugium publicatur peccatum a solutione ma-
gis excogitatur. Tamen cum de irascente
sine causa et de concupiscente faciat verbum
competenter minuit mandatum de uxoribus
non dimittendis. Si enim qui irascitur fratri
sine causa reus est iudicio quomodo non est
reus qui sine causa fornicationis sic odit
uxorem suam ut etiam dimittit eam. Sed dicis
nullas culpas habet uxor mea quod nec
dicam aut sine culpa est. Si autem est incorrigibilis
vicia supportare debemus dicente apostolo
Invicem onera vestra portate et sic adim-
plebitis legem christi quanto magis debemus
uxorum. Si quis vidit mulierem ad concupiscen-
dam eam adulteratus est eam in corde suo quomodo
non propter adulterium condempnetur qui dimit-
tens uxorem occasionem dedit adulte-
riorum committendorum ut et ita adulteratur
in altera et alter in illa. Nam vir christianus
non solum se coinquinare non debet sed nec aliis
coinquinandi se occasionem prebere. Alio-
quin illorum crimina ad istius redundat peccatum
qui aliis committendi crimina factus est causa.
Vide ergo etiam quia qui secundum legem repudium dat
quatuor committit iniquitates. Prima quia
quantum ad deum existit homicida. Secunda quia di-
misit non fornicantem. Tercia quia eam fecit
adulterari. Quarta quia et accipientem eam fecit
adulterum. Nichil autem horum committitur
ubi servatum fuit christi mandatum. Iterum dictum est non

periurabis. Reddes autem domino iurame-
nta tua. Ego autem dico vobis non iurare
omnino. Ecce quantum mandatum quod mi-
nimum putant audi. Quia vero iurare non pu-
tant esse peccatum sicut qui non potest stare legis
mandatum. Nam nisi iuramentum inter-
dicatur non possunt amputari periuria.
Ex iuramento enim periurium generatur.
Nemo enim est qui frequenter iuret et non ali-
quando periuret. Et propterea hoc admonet Salomon
Ne assuescas iuramento os tuum. Mul-
tus enim casus in illo. Sicut enim qui facit multi

consuetudinem frequenter manu sua
periurare necesse est ut aliquis periuriat et
iniuste. Sic qui facit consuetudinem iura
re in rebus ydoneis frequenter et in
rebus superfluis et nolens consuetu
dine trahente periurat. Nam omnium rerum
consuetudinem quas volumus quandoque faci
mus et non quas volumus interim compellimur
ea. Et qualis est consuetudo iurantis in sen
tencia docet Salomon. Vir multum
iurans non exiet plaga de domo eius
Si ergo a iurantibus plaga non recedit
quo a periurantibus aliquis recedit.
Dic michi amice iurando quid proficias
Nam si adversarius tuus crederet verum
te iuraturum numquam iurare te compelle
ret. Sed quia periuraturum te existimat
ideo te iurare compellit et cum iuraveris
non quasi in veritate iuramentum tantum placa
tus tacet, sed quasi in dampnacione periurii
tui vindicatus recedit. Iuramentum
numquam bonum exitum habet. Qui enim te esti
mant amicicie causa iurasse quidem
aut et periurasse. Qui autem de te bene
voluerint suspicari et si periurasse
te non credunt tamen in veritate iurasse af
firmare non possunt. Nemo autem potest de
fendere et religiose egisse non iurans
inimicis tuis in opprobrium venies ami
cis tuis in suspicionem. Sed forte di
cis quid faciam. Non michi credit nec vult
credere nisi iurans. Acquiesce magis
pecuniam perdere quam salutem. Preciosior
tibi videatur anima tua quam res tua.
Si rem aliquam perdideris vivere potes
si deum perdideris quomodo vives. Numquid nes
cis quia quod minus in bonis amiseris propter
dei timorem maiorem mercedem habebis
de illo quam si elemosinam dedisses. Quia
quod cum maiore districtione facimus
pro illo dignius conamur. Ecce a
mice ammoneo ne hominem aliquem iura
re compellas sive estimas eum bene
iuraturum sive estimas eum male
iuraturum. Magis recede ab eo. Quia
et si ille verum iuraverit, tu ignarum
ad scientiam tuam periurii illius reus es
causa quia hoc proposito eum iurare compellis
non ut iuret sed ut periuret. Qui autem
eum verum iuraturum putares non iurare
compelleres. O insipiens qui alterum iura
re compellis nescis quid agis. Ille et si
periuraverit, vel cum lucro periurat, tu
autem sine lucro periurii illius particeps eris
venit. Qui mentiri non dubitat neque periurare
iurare timet. Qui mentitur enim
veritatem in corde suo transgreditur. Qui
autem periurat in verbis suis transit deum.
Quid ergo interest inter deum transire et
deum transgredi cum ipsa veritas sit
deus. Non sola differencia est quia veritatem
mencientes in corde suo transimus periu
rantes autem deum in verbis. Nam ver
bo hominibus satisfacimus conscientia
deo. Ipse deus qui periurare nescit ipse
precepta non periurare mandavit. Qui
ergo in iurando non timet dei preceptum
negligere, non in periurando timebit. Quod
aut minus timet deum aut non timet deum.
Si timet etiam sine iuramento non mentitur.
Si autem non timet neque cum iuramento
potest dicere veritatem. Audite vos clerici qui iu
rantibus sancta evangelia portatis quomodo
ab illo iuramento esse securi qui sem
periuriis datis. Numquid qui ignem portat
unde conficitur incendium alienus est ab illo
incendio. Aut qui gladium porrigit unde
homicidium committatur non est socius
homicidii illius. Sic et qui occasionem per
iurii eius. Si erat verum ut accipiat sic dice
bat quia ad eum illis evangelium ut
monstret non ut periuret. Nunc autem cum
sciat quia et verum iurare paratus est quomodo po
test esse liber qui occasionem dantis
incidit peccatum in deum. Tolle ignem et
incendium non fit. Subtrahe gladium et
homicidium non committitur. Et sic tolle
iuramentum et periurium non fit. Hoc de
illis dictum sit qui iurant per deum. Horum autem
qui iurant per elementa execrabilior
iniquitas. Celum autem et terram et deus ad
ministerium creavit, non hominibus ad iu
ramentum. Ecce enim in lege scriptum
ut per nullum iuret nisi per deum. Qui autem
iurat per celum aut per terram aut quodcumque illud
est per quod iurat deificat. Deum preterea
ydolatram se facit omnis qui per aliud

iurat, etiam si iurare licet quod non credet. Dominus deus suo iuramenta sua sed elementis et duplex peccat. Primum quia iurat deum quia deificat, secundum quia ... Et vide quod per singula rationem habet dat cur quis non debeat iurare per elementa: neque per celum quia thronus dei est, non deus; neque per terram quia scabellum est pedum eius, non dea; neque per Ierosolimam quia civitas est magni regis, non magni regis; neque per caput tuum quia non potes unum capillum album facere neque nigrum, ac si dicat: Cuius momenta est ut per te iures? Numquam potestatem habes ut unum capillum album facere aut nigrum. Omne quod per filios suos iuret quis sive per se sive per aliquem meliorem facit illum quam ad se dominum.

Antiquis oculum pro oculo, dentem pro dente. Ego autem dico vobis non resistere malo. Quantum mandatum nimium quoniam ad homines crudeles qui statuere se non arbitrantur si reddiderint mala pro malis, non concedentes in psalmo: Si reddidi retribuentibus mihi mala, decidam merito ab inimicis meis inanis. Quicumque enim dicit ille merito se pati debere si crediderit retribuentibus sibi mala. Sciant christiani omnia illa multo se esse passuros si reddiderint retribuentibus mala, nam et tristitiam patitur ab inimicis suis inanes et persecutiones et inimicos animas eorum et comprehensuris et conculcaturus in terra vitam eorum in pulverem deducturus. Tamen pro hominibus mandato mandatum legis non potest stare quo lex sapientes oculum pro oculo dentem pro dente tale habet propositum ut unusquisque dum timet de suo membro peccat aliis et nemo malis inebriatur. Vel quia de mundo a scandalis quod dominus est nimis nimius est in hoc mundo cum diabolus impugnatur necesse est habundare maledicentes persequentes. Vel quare temporibus secundum legis mandatum omnibus reddere mala pro malis omnes efficiuntur mali et solutum est propositum legis. Et deus voluit etiam malos facere bonos

etiam bonos facit malos. Si autem secundum Christi mandatum non resistitur malo et si mali non leniuntur, tamen boni permanebunt boni, qui per mandatum Christi impletur legis mandatum. Nam qui mandatum legis implet non statim implet Christi; verumtamen qui percutit contra legem non agit; qui autem repercutit secundum legem facit. Non autem secundum Christi mandatum neque percussus repercutit tacite et legis voluntatem implevit. Nam qui percussus est nec repercutit, multo magis nec alium initio repercussurus, quia non venit Christus solvere legem sed adimplere. Quomodo dignus est ille repercuti qui contra legem percussit etiam, sed tu non es dignus repercuti quia illius discipulus es qui maledictus non remaledixit, percussus non repercussit, crucifixus pro crucifigentibus se orabat. Si percusseris, quasi primum denegasti te Christi esse discipulum non verbis sed factis. Deinde etiam eruis oculum pro oculo tuo et frangeris dentem pro dente tuo. Numquam per hoc restituitur membrum tuum in suo loco. Si quod reddideris malum pro malo et si membrum corporis perdidisti, ut lucrum patientie acquisisti. Si autem reddis, corporis dampnum passus es et

Et si quis percusserit te in maxillam, illam prebe ei alteram. Non enim diabolus tantum vult solvere humani corporis gaudet, sed in solutione anime delectatur. Ideo enim excitat aliquem qui te percutiat, ut dum excitatus repercutis eum peccato et uno ictu vulneret ambos. Scit enim quod vulnus corporis cito sanatur, vulnus autem anime in concupiscentia cum labore, in concupiscentia autem numquam sanatur. Ideoque si percusseris eum in prima quidem facie illum vicisse videris, revera autem a diabolo victus es et putas quia te faciasti de illo. Vel autem diabolum faciasti de te. Si autem non repercusseris eum, ab homine quidem victus videris, diabolum autem vicisti. Hoc secundum iusticiam dei. Videamus autem secundum utilitatem carnalem. Numquam si repercusseris eum

compescuisti eum ut ira te non percutiat
sed magis excitasti eum et adiuvit te per-
cutiat. Nam iracundia per iracundiam non
compescitur sed amplius irritatur. Quemadmodum
si ignem cum igne adiungas maior flam-
ma succenditur. Si autem non repercusseris
eum ille iam stabit si quid sapit confusus.
Si autem non sapit saciatus. Et non solum
iterum te non repercutiet sed fortassis compunc-
tus corde penitet contra te ut quod fecit percussit.
Attamen et si sit insaniens ut nec peni-
tentiam tuam intelligat non confundatur in
facto suo. Nunquid potes tu te amplius vin-
dicare quam deus eum vindicaturus est. Ideo si
repercusseris eum perdidisti vindictam quia teip-
sum vindicasti et liberasti eum de manibus
dei quia reddidisti ei quod fecit. Si igitur for-
titer irasceris patientius age ut me-
lius vindiceris scilicet per deum. Et qui vult tecum in iudicio
contendere et tunicam tuam tollere
dimitte ei et pallium. Primum indigna
res est ut homo fidelis stet in conspectu
iudicis infidelis. nam et si infidelis
non est certe secularis est. Ergo te venera-
ri debuerat propter dignitatem fidei predi-
cat te propter necessitatem cause perdes et
dignitatem christi propter negocium mundi.
Nonne melius est ut perdas rem mundi-
alem quam gloriam spiritualem. Si enim rem
perdideris propter christum christus enim tibi rem
restituere potest. Si autem propter rem perdideris
christum res autem non potest tibi restituere
christum. Deinde necesse est ut humiles te co-
ram iudice subditus fias illi propter ne-
cessitatem cause. Et forsitan qui propter deum
non fuas humiliatus humilias te propter
lucrum et facias te rem preciosiorem quam
deum. Et quia ipsum iudicium irritatio cor-
dis est et cogitationum malarum si semel
in iudicium ingressus fueris iam non desi-
deras ut veritas cause appareat sed ut
quocumque modo victor existas. Si autem
videris quia causa tua ut frequenter solet in iudi-
ciis aut viribus aut fraudibus aut precaminibus
cause tue adesse festinas. et si ab
initio consilium non habuisti ut age-
res postea sed agere ipsius controversie
necessitas te compellit. Nam primum quidem lucro
tuo non festinabas postea iam et propter
pudorem contendis et magis concupiscis vin-
cere etiam superare tamen ut vincas quam vinci tan-
tum ut ne perdas. Hoc deus illis mandat
qui magis diligunt deum quam mundum. Nam
qui lucrum animae magnum esse existimat dam-
num rei modicum putat. Nam qui dampnum
rei magnum existimat lucrum animae mo-
dicum putat. Quod si difficilius putat
rem dimittere quam in iudicio introire hoc
cogitet quia difficilius est de iudicio sine
peccato exire. facilius enim est ante iudicium
rem dimittere quam in iudicio exire sine peccato.
Nam ante iudicium sed communis una tan-
tum avaricie te compellit post ingressum etiam
causa pudoris. Et quia unam tantum vincas
non potuisti propter timorem dei duas quo-
modo vincas. Ergo sicut Ioseph dimisit
pallium in manu meretricis et fugit
cum meliore pallio castitatis. Sic et tu
proice pallium in manu calumpniantis
et fuge cum meliore pallio iusticie ne
forte dum vis vindicare vestem corporis
preciosissimam vestem animae perdas. Unde
si viderint infideles te christianum pro
iniuriis iniurias rependere commoveri
pro terrenis facultatibus et vestibus ad per-
iurium animae festinare pulsare iudicia
quam direptorem iniustum. Quomodo credunt
spem regni celestis esse vestram quam predicat
christianus. facile enim spernunt terrena qui ce-
lestia sperant. Qui enim terrena magno-
pere concupiscunt amplectuntur nescio si fir-
miter celestia credunt promissa. Non solum
autem propter lesionem animarum nostrarum pro tunica
sustinere debemus auferentium quae nostra sunt
non repugnantes sed etiam propter demonstra-
tionem indubitabilium christi promissionum
ut ille qui videt te iniurias proprias negli-
gentem terrenas etiam res quasi nichil
spernentem intelligat quia vere est certissima
spes christianorum in celis preciosior omni-
bus rebus terrenis et vita iocundior
omni fruitione vite istius carnis

invitie passus vade tu et eo alia
dies et patientia istius vincat
crudelitatem et ostendas quod melior
est benignitas dei in sanctis quam malicia
dyaboli in iniquis hominibus. Si autem tamen
vadis quantum ille te cogit quod cognos
taris filius dei. Nam in necessitate vol
tas non apparet. Qui ergo te cogit vade
propter necessitatem hominis volentis qui non te
cogit vade propter gloriam dei benigni. Si
enim vadis putat te hominem quemcumque
fecisse et non penitet quod te anguria
verit. Si autem amplius vadis intelligit
quia filius dei es et tunc incipit illum peni
tere quia vel enim te anguriavit et hoc
tuum additamentum non fit illi maius
sed magis pena prioris angariacionis. Deinde
si illum quem dyabolus excitavit ad te
angariandum et tu vides tibi iniurias
fieri et verbis illicitis contumelias
factis bonis non resistas et lucrum sa
tanas qui unius forsitan bonis operibus ac
quisisti propter dolorem modicum perdas
Qui ergo non vadit quod suadeo homini
alterius vadis ut te ostendas et illum
castiges. Terminat dyabolum superhabundantes
habundant confundas domino. Hec omnia
mandata in pauperis persona conveniunt
Venite autem homines divites et potentes
quos excuciat vel mala ille aliquando excu
tet. Iniuriam potentes et divites per calum
niam quos temptavit auferre ut mala ille
per calumpniam alterius non auferet divitem
et potentem quos anguriat ut mala ille
alterius non angariaret. Ergo divites
infructuosus est et quod adimpleat iu
sticiam legis et gracie ut fiat filius dei
perfectus. Quod si quis mutuam pecuniam
petierit ab eo debet illi lex enim est
ut alterius non tollas sed tuum das.
Qui ergo mutuam pecuniam dat et legem im
plet et graciam. Nam qui de suis libenter
dat multomagis alterius bona non tollit
Divites ergo per patienciam non possunt tempta
ri neque probari quia nemo illis viole
nciam facit. In largitate autem probatur

et temptatur. Item pauper et largitate
non potest temptari et probari quia non habet
unde largiatur et ideo per pacienciam temptatur
et probatur. Sic benignitas eius per tem
poriam non mutatur. Deinde si veritatem
considerare voluerimus intelligamus quoniam
quia divicie nostre non sunt nostri sed dei. Deus
enim dispensatores nos divitiarum suarum
esse voluit esse non dominos. Et ideo cum vo
luerit dat eas et a quo voluit tollit
illud ergo est nostrum quod in nostra potestate est
habere si volumus. Quod autem nostrum dicatur
quod si volumus habere non possumus nisi no
bis fuerit datum. Deinde considera ut quod
tibi magis divicias credidit quam illi
ex alia illum et per parte vero proximum tradidit
per illo aliquem angelorum. Si per omnia fit
illum diligis quoniam tecum non ideo dedit tibi
divicias ut habeas eas sed ut tempores
in eis fideles ammoneat apostolus divitibus
huius mundi precipe non superbe sapere nec
sperare in incerto divitiarum sed largos
esse contraxores bonorum. Nam pauper in
sanitate melior est tamen in rebus secularibus
bus. Tu vero res proficiant ad illius sus
tentacionem in hoc seculo ut et illius sanitas
proficiat ad tuam sustentacionem in illo
seculo. Velimus infructuosus dat honorem
vult ut utilis per se et per ipsius offerat
fructum. Ergo iubet nos christianos mutuam
dare pecuniam non tamen sub usuris. Qui
autem sub usuris mutuum dat in forma
quod facit videlicet suam non dat. Revera
autem dat non suam sed alterius tollit. Nam videtur
quidem necessitati succurrere. Revera autem
in maiorem mittit necessitatem de uno vi
culo solvit et multis vinculis alligat
et non propter misericordiam dei dat sed propter proprium
lucrum. Similis est enim pecunia usura
ria aspidis morsui. Sicut enim qui ab
aspide percutitur quasi delectatus vadit in
sopnum sic per suavitatem soporis moritur.
Sic qui accipit sub usuris ipse delectatur
quasi qui beneficium accipit et sic per suavita
tem beneficium quod non sapit sentit cap
tivus efficiatur. Nam sicut venenum as
pidis latenter per omnia membra dif

...o
...plu
...t/
...i di
...bos
...m
...tibus
...tiam
Et si
...fres
...g am
...ctis. sto
...ima hoc
Estote q°
...sta. sicut
...r celestis
...s

...ū est antiquis. diliges proximum tuum
et odio habebis inimicum tuum. Ego autem dico
inimicos vestros. benefacite hiis qui
et orate pro persequentibus et calumpn
ut sitis filii patris vestri qui in celis

currit et corrumpit. Sic usura per to
tas facultates eius discurrit et consu
mit eas in debitum. Sicut enim fermentum
modicum quod mittitur in multam fari
nam totam non conversione corrumpit
set illam et facit illam totam fermen
tum. Sic eum usura in domum alicuius
intraverit totam substanciam ad se trahit
et convertit in debitum ~~diliges proximum~~
~~Audistis quia dictum est~~
~~antiquis diliges proximum~~
~~tuum et odio habebis inimicum tuum~~
~~Ego autem dico diliges inimicos~~
~~vestros~~ Xristus perfectum mandatum legem
adimplens nimium aperte homines odibi
les et iudicat odientes qui inimicum
odire deberet ipse verba veritatis prinatae
non erubescat. Quod si iustum fuisset in
imicos odire deus te inimicum ex ge
nitibus in sua numquam suscepisset dilectione
ille pater et filium suum pro omnia humane
passione obprobrius tradidit usque
ad mortem. ille inimicum suum adoptavit
coheredem unigenito suo fecit. et tu
nudam dilectionem inimico tuo reddere
non vis. Quod tu mirum si quem ille ini
micos amare videatur qui non amicis suis
sinceram conscienciam servat. Sed cum sunt mu
dus iste scandalis plenus si amicos
diligere voluerit tamen non poterat
invenire quos diligat. hodie enim si quis
semel offendit in alia re tu inimicum ...
devenerit homo inimicos suos odire
necesse est ut odiat omnes et odiatur ab om
nibus. Vides quod sicut ex ira homicidium
nascitur et ex concupiscencia adulterium
ita ex odio inimicorum perditur etiam
dilectio amicorum. Si autem ad tempus sustines
eum qui inimicum putas modicum victum benigno
sentencia amabis eum quasi amicum pu
to quod non tamen inimicis mereris. Sed ista man
davit Xristus pro nobis. ne quod illi sunt digni ut
diligantur ab aliquo. Sed quod nos non su
mus digni ut aliquem odiamus. Qui
dum enim est spiritus tenebrarum et obliviosus
inciderit sordidat sanctitatis pulchritudinem

diunem. Ergo non tamen ideo iubet dili
gere inimicos ut illos diligamus quan
tum ut a nobis quod malum est repellamus
Et ideo non dicas si fecero inimicum
et si occidero eum tamen amplius nocui
tibi secundum animam quam illum secundum corpus occidere
illi forsitan nichil noces adiuvens
eum te autem ipsum sine dubio ledis. Si ergo
propter inimico tibi amplius prestitisti
quam illi. Item commemoror quod
superius dixi quam honorabilibus misterium
humane nature impossibile videtur diligere
inimicum. Et vero impossibile est quantum ad car
nis naturam que passionibus subiacet.
quantum ad animam possibile quia spiritum inditum
est ideo regere et retinere potest carnem a
passionibus esse subiecta puto autem
te sic id quod dictum est. ~~Ego autem dico~~
~~non concupisces~~ non loquitur deus ad carnis
naturam que non potest fieri ut non concupiscat
quod suum est sed ad animam que non concupiscere
potest spiritu quem quod corporalibus quibusdam mo
tibus excitatur. Voluntas autem illius
non informatur ut faciat opus quod facere
instigatur. Sed stabili proposito continencia
et operacione iusticia irracionabiles
motus corporis frangit frangit
et si corpore concupiscere eius animus
non concupiscit. Si autem consensit ex
plere quod cogitat tunc vere animus concu
piscere fecit et in hoc loco caro quidem inimi
cum suum diligere non potest. quemadmodum non
est possibile ut iniuriam non senciat sibi
illatam. Animam autem inimicum diligere potest
quia dilectio vel odium carnis in sensu
est anime autem in intellectu. Spiritualis anima quidem
secundum racionem vertitur caro autem in
sensibilibus in passione tenetur. Quia anima
libera est et sub principatu dei est
Caro autem captiva et sub principatu
dyaboli sicut et mundus qui in maligno po
situs est. quoniam et ipsa de mundo est. Non enim
nocemur ab aliquo et si odimus eum
tamen exequimur odium nos
trum confringentes motus doloris

nō de homine ...
diligere ...
diligere ...

nō ...

nō quod caro ...
concupiscat ...
...

nō quod caro ...
potest diligere ...
diligere pot...

nō quid ...
... quod ...

nostri et benedicimus et benefacimus cognosce quod caro quidem nostra odit inimicum nostrum quem nociua diligere non potest. Anima autem diligit inimicum. Alioquin si diuinis consiliis moris carnis sue considerat nullum facere bonum invenit quia omne bonum aduersante carne nos naturis contradicentes nobis ipsis complemus. Vnde contra te nocente iniuriatur si incipias considerare quam a diabolo possideretur et agitur quo voluntatem suam adimplet per ministerium eius non solum non irasceris ei sed adhuc misereberis eius. Miseracio autem creat affectum. Vis ergo diligere inimicum tuum si iniuriam pateris noli iniuriam presentem aspicere sed considera gloriam quam pro mercede in iudicio consecuturus es si equanimiter supportare volueris. Si dampnum pateris noli hoc dampnum aspicere sed illud paciencie lucrum. Illis enim totum videtur difficile qui retribucionem non sperant futuram.

Benefacite hiis qui oderunt vos. Docens dominus quod carnales dilectiones ex carnalibus beneficiis nascuntur et nutriuntur etiam ubi non fuit prius. Ideo iubet nos benefacere inimicis ut eorum odia nostris beneficiis compescantur. Sicut enim dando et accipiendo beneficia amicicia nascitur que non erat prius, sic e contra odium et omnis inimicicia beneficiorum assiduitate compescitur. Ergo benefacite odientibus vos ut ex vestra benivolentia ipse iudicet quod iniuste vos odiunt.

Et orate pro persequentibus et calumpniantibus vos. Orantes pro inimicis non tantum illos quos nos commendamus deo et magis exaudimur pro inimicis orantes quam pro nobis. Qui enim pro se orat non gratie opus consequitur sed nature. Qui enim pro se non orat. Qui autem pro inimico suo orat digne exauditur quia gratie opus exequitur.

Ut sitis filii patris vestri qui in celis est. In quo enim alio cognoscatur quod filii simus dei nisi similes fuerimus deo. Filii enim carnales frequenter similantur parentibus in specie aut in loquela aut in visu aut in aliquo corporis signo. Filii autem spirituales in sanctitate et illi quidem et si similes fuerint nullam laudem merentur et si dissimiles nullam vituperacionem quia non est in potestate hominis qualem accipiat corporis qualitatem. Filii autem dei si similes fuerint laudandi sunt. Si autem dissimiles vituperandi nimis quia in potestate nostra est mensura faciende iusticie.

Et si diligitis eos qui vos diligunt quam mercedem habebitis. Qui enim amicos diligit propter se diligit non propter deum et ideo nullam habet mercedem. Delectatur enim cum sua dilectione. Qui autem inimicum suum diligit non propter se diligit sed propter deum. Ideo magnam habet mercedem quia contradicit motibus carnis sue. Ubi enim labor seminatur illic metitur fructus.

Estote ergo perfecti sicut pater vester perfectus est. Qui diligit amicum perfectum quidem non facit iusticiam aut non operatur. Diuertendum autem bonum discedere a malo, perfectum autem est ut non solum fugiat malum sed faciat bonum. Ideo dicit perfecti estote ut amicos diligatis propter preceptum vitandum, inimicos propter iusticiam faciendam. Quia illud de pena liberat, hoc autem ducit in gloriam. Nec enim perfecta est dei ymago que non per omnia similat deum.

Ut sitis filii patris vestri qui solem suum oriri facit super bonos et malos et pluit super iustos et iniustos. Lex ante posuit super iustos et iniustos non super iniustos et iustos quia omnia bona deus non propter omnes homines dat sed propter paucos sanctos. Contenti sunt enim ut peccatores gratia meritum suum bonis conseruentur. Item et quando deus a peccatoribus irritatur castigacionem suam non propter omnes homines dat mittit sed propter solos peccatores; eum equaliter et iustos tangit quemadmodum et peccatores. Ita quemadmodum in bonis non separat peccatores a iustis sic neque in malis separat iustos a peccatoribus. In bonis peccatores a iustis non separat ne separati cognoscant se abiectos esse et desperent. In malis iustos a peccatoribus non separat ne separati cognoscant

caro sibi nociua diligere non potest; anima diligit inimicum

de misericordia

pro calumpniantibus nos

qui orat pro inimico exauditur ex gratia

qui diligit inimicum contradicit motibus carnis

qui diligit inimicum facit iusticiam

Attendite ne
[iu]sticia vestram fa
[ci]atis coram hom
[ini]bus ut videami
[ni a]b eis. Alioquin
[mer]cedem non habe
[bi]tis apud prem
[vest]rm qui in celis

se electos et glorient maxime cu
nec mali bonis psunt sed noceant
mag nec boni malis noceant sed
prosint magis. Qa male vivetes
du bona pcipiut ad iudiciu su
um ppcipiut. et boni du mala
patiunt ad lucru iusticie eis pcedit
Attendite ne iusticiam
vram cora hoibz faciat ut vide
amini ab eis. Qm superiorib9 et sequentib9 man
dauit dilige inimicos benefacere eis.
vides aut qz i ipo beneficio laqus
dyali latebat iclusus qz bonoz opm
solet pdere fructu. na vanagloria cu
nata qn admonuit pmu difficilis est
ad benefaciendu ita si bn fecit facilis
e ad iactancia boni opis ppa et i
hac pte nos istruit dicens. Atten
dite nobis ne elemosina vram cora
hoibz faciat ut bonu vrm no ad
ministeriu vanitatis pficiat sed ad
usum salutis. Qd aut p oibus vici
is carnalibz periculosius ee moi
bus itellexit ho. cautius mandat
cnitat dicens. Attendite ne elemosina vram
cora hoibz faciat qm oia pene ma
la suos diaboli vexant. Concupisce
aut vane glie no solu suos dyali
sed etia suos di et vir9 fideles im
pugnat mag suos di qz suos dyali
ubi em agitur res gloriosa ibi
em facilius iveuit locu glorificacois
Dicit g9 attendite qz attendas locu
secretu ubi hoies no st sed qd pdest
si i loco quis hoies no fuerint in
corde aut fuit cogitacio vana qm
hoies no sut i loco. Et g cor nim
attede debem9 no oculis carnalibz
aspice sed sensu vigilare circa cor
necesse e. Invisibilis em sepens et
lubricus que suave ivenimus et late
ter i sensus egreditur et
seducat. Sed no eu pt caro sordida
aspice sed aia munda. Sed em i loco
mundo et specioso si modica sordis
fuit de longe apparet. Si aute
ipe locus sordidus fuit quantu vis
stercore ibi no appar. N em pt
requi si ibi e aliqd mundu ubi totu
e stercus. Sic et i corde mundo si sur
repcio inimici successerit mox cor
suu ho. ecius discernit qa a spu
alieno pulsatur. Si aut cor fuit
iniquitatibz plenu suggestionem
dyali i se facile no itellexit. Quo
em itroitu ei9 itelligat qi sp sub
eo e. Ideo et dns pmisit dicens. Ne
irascaris ne concupiscas ne iures.
Ne malu p malo reddas. ne odi
as proximu tuu. qm qi oibz malis
ipis subiectus e cor suu no pt atten
dere n itellige dyali seductione
i eo qa i veste candida cito appaet
macla
nigra aut vest et si totu sordidata
fuit no cito appar. Et quo no pt
fieri ut cora hoibz elemosina faciam9
ut facientes no sciamus. si puta ali
quis occurrit paup quo detur ei ab
sconse. Nam et si no videtur qd datur
tame videt qa dat incedo cu sec
to. Uz gceda qz no dixit tm. Ne
cora hoibz faciat sed addidit ut vide
amini ab eis. qz g no ideo fac ut ab hoi
bus videat et si cora hoibz fecit tame
no videt cora hoibz fecisse. Ergo
et si sic fac elemosina no e possi
bile ut nullus videat a. senciat tn
eo proposito ut no ab hoibz videamur
possibile e. Dicit em dns. Sic luceat
lumen vrm ut videat hoies opa
vra sed g attensa lampas abscondi
no pt sic n opus iusticie pt celari.
Ergo no elemosina ignata e an dm
qi hoibz visa fuit sed eode qo fca fuerit
ut ab hoibz videatur reputa dic ho
qi aliquod opus fac cui9 causa fcit qo
fac i corde suo illi9 aspicit et psona
Ecce sicut epistolam ut aliquem salutes
amicu qz du scribis sp i corde tuo
amici illi9 vides psona ppt que scri
bis epistola. Sic artifex opus tenes
i manu sep eu p oculis suis habz
qui ei opus faciendu comisit. Du
cogitat quo illud face mandauit

Sic et qui propter deum elemosinam facit neminem videt in corde suo nisi personam dei tantummodo propter quem facit. Ideo et si evenerit in conspectu a pluribus faciat, tamen eius animus illos non videt et si ipse videatur ab eis. Nunquam transisti per viam aliquid cogitans et a multis quidem hominibus visus es, ipse autem nullum vidisti intendens in id quod cogitabas. Quia et animus sine corpore apud seipsum potest videre quod cogitat. Corpus autem sine animo nichil potest videre. Ergo sic et e contrario fieri potest ut quis a nullis presentibus faciat elemosinam et tamen presentibus hominibus videatur fecisse. Ille vero qui propter homines elemosinas facit licet quum desiderat ut ab hominibus videatur semper in corde suo personas hominum videt; ideo et si evenerit ut faciente illo nullus sit presens, tamen coram hominibus fecisse videtur, quia cor eius semper hominum personas videbat.

Alioquin non habebitis mercedem apud patrem vestrum. Et mandatum dat et penam proponit ut vanitatem humanam et si non amor iusticie teneret vel timor dampni refrenet. Sic enim dominus vanitatibus esse subditam carnis naturam, quia omnis homo quantum ad carnem delectatur hominibus apparere. Per enim potest fieri ut caro nata de vanitate non sit vanitatis amatrix [illegible] net dominus admonet nos ut ne coram hominibus faciamus nisi sciret omnes homines velle coram hominibus facere. Quis mandat salutis ne fornicemur nisi quem lascivum esse cognoscat. Sic et admonitio Christi de fugienda vanitate demonstratio est vanitatis humane actum mandat quia et si caro vana vanitatem desiderat et terrena gloriam suam querit in terra [illegible] quia non potest trestis nam gloriam desiderare celestem cum anima que de celestate est potest fugere vanitatem terrenam. Caro autem subiecta est non anima carni. Caro enim adversus animam certare potest, vincere non potest nisi ipsa consenserit ut vincatur. Anima autem adversus carnem et certat et vincit. Ergo et qui plena quidem voluntate propter homines facit, ille propter homines fecisse videtur. Cuius vero cor quamvis quidem vana ascendit desiderium hominibus apparere, anima autem intelligens vanis cogitationibus contradixit et repulit consilium carnis, ille propter homines non videtur fecisse, quia secundum carnem quidem voluit, secundum animam quidem noluit. Et quod cogitavit passio quidem carnis est; quod elegit iudicium anime est. Ideo et si propter vanam concupiscentiam dicimus elemosinam factam esse ingratam, nullum bonum hominis potest acceptabile esse ante deum. Cum nullum bonum homo libere facere potest, sed semper contra malas carnis concupiscentias certando faciamus bonum. Quis autem homo est castus? Nunquid qui non concupiscit? Absit, sed qui concupiscentiam suam vincat. Quis est mansuetus? Nunquid qui non irascitur? Absit, sed qui iracundiam suam refrenat. Sicut ille propter deum videtur facere elemosinam qui humanam gloriam anime contradictione constringet. Alioquin cum opere bono non habemus mercedem nisi malis contrariis vigeamur pro carne. In omni enim opere bono scandalum diaboli est. Sicut scriptum est de demonibus:

Iuxta semitam scandala posuerunt michi. ps. Ut ipsum bonum non sit securum et solum, sed iuxta malum positum semper temptatum sit et probatum. Ubi enim satum fuit triticum necesse est ut illic inveniatur esse zizania. Ubicunque fuerit bonum dei, illic erit et scandalum inimici. Quando igitur ceperis tu facere elemosinam sed ascendit super cor tuum velle hominibus apparere, nunquid debes subtrahere manum tuam ut ne des locum vane cogitacioni diu apud te? Melius est nec facis bonum ne tantum incidat propter homines facere

absit. sed perfice opus tuum ne dum
vis cogitacioni vane resistere perdas
opus bonum. Veniat tibi in mente
quod dominus ait de tritico et zizaniis
Sinite utraque crescere usque ad mes-
sem ne eradicantes zizania simul
eradicetis et triticum. Triticum est
enim voluntas bona quam seminavit
deus in homine. zizania autem est cogitacio
mala quam dyabolus seminavit per carnem
Cum ergo omni voluntati bone adhereat
et desiderium mali. si volueris ma-
lam cogitacionem tuam ad plenum tollere
simul tolles et opus bonum. Nam et
ipse dyabolus eo consilio seminavit ziza-
nium suum in dei tritico ut qui certe
zizania eius effodere triticum dei. qui
si quis voluerit dyaboli zizania tol-
lere simul eradicat et triticum dei
Nunc contines quia ergo mox cum concu-
piscit iam tendit tantum plene volunta-
te non concupiscat ut velit implere concu-
piscenciam suam. Qui autem ex necessita-
te carnis concupiscunt et contradicunt
concupiscencie sue non concupiscunt pecca-
verunt sed magis gloriosior est factus qui
vicit quam non fuisset pulsatus. Quid
ergo dicat scriptura scio ut manifes-
tantur utraque scilicet adimple opus
tuum et duc ad perfectum et sit illa va-
na quidem cogitacio quasi zizania conspic-
tantur scilicet solutum enatavit. Bonum
autem opus quasi triticum manet. nam sic
intelligitur si ex voluntate tua fuit ita
concupiscencia vana. qui ex necessitate
carnis. Si ex voluntate tua fuit do-
les. si te faciente elemosinam tuam
nullus aspexit. Si autem gaudes pro-
pterea quod elemosina tua in silencio facta
est. Scito quod concupiscencia illa non fuit ex
animo tuo sed ex necessitate carnis. et
ideo quasi zizanium amittis. Sic et contines
concupiscenciam suam probare potes si ex
animo eius est quod concupiscat. Sic circa
postquam transierit concupiscencia volun-
tatem peccandi habet. Si autem gau-
det quod non peccavit adversus eum

concupiscencia sed confusa recessit intelligat
quia zizanium fuit ex necessitate car-
nis vanum et non fuit anime consolutas

Alioquin mercedem non habebitis
apud patrem vestrum. quod enim a deo
recipias quod deo nichil dedisti. nam
quod propter deum fit deo datur et ab eo
recipitur. quod autem propter homines fit in ven-
tos infunditur et a nullo separatur.
Quod enim est homini laus nisi ventorum
transeuncium sonus. Cessaverunt ho-
mines loqui et perdidit fructum suum
qui propter homines fecit ut ab eis laudetur.
Que non enim sapiencia res dare et ver-
ba vacua comparare que certe mercedem
de contemptione in perpetuo manentem in celo
et fugitivos hominum sermones eligere
Melius est enim non facere quam propter homines. Qui
non facit et in celo non invenit vel
super terram nichil perdit. Qui autem propter homines
facit et in terra perdit et in celo non invenit
vel illum aspicere a quo laudem expectas
qui sentit de te. Homo te laudat quia propter
deum te facere putat. Si autem intelliget
quia propter eum facis non te laudaret sed
vituperaret magis. quia sic illi placere
festinas quasi si te aliquis intellexerit
deridebit. Sic est homo qui propter homines facit
bonum sed mercenarius malus qui in
tempus locacionis sue comedit omnes
mercedes suas. Cum autem tempore completo
recessit inde egreditur. Sic qui vacuus
vadit ad deum quia mercedem bonorum suorum
accipere desideravimus in seculo

Tu ergo cum facis
elemosinam noli tuba canere ante te
sicut ypocrite. Ve enim subresponsor est
qui propter homines facit aliud enim habet in cor-
de et aliud monstrat in opere. In facie
quidem propter necessitatem hominum facit et vi-
detur misericors. In corde autem propter suam gloriam
facit et est glorie vane mercator. Tu-
ba enim omnis actus vel sermo est per quem o-
stentacionis iactancia demonstratur. puta
quando videt aliquem presentem facit
elemosinam. contra autem non facit ho-

Tuba e qa p ei iactancia pdicat
Item q incerte aliquo fac elemo
sina ubi aut no e necesse non
fiat hec consuetudo mala tuba e Item
q si vedit honestiore psona p q pt
referre dat ei obscuro aut z alli
gato paupi passionibz nichil dat
z hec tuba e. Ecce z q i secreto loco fe
cerit eo tn pposito ut laudabit vide
at fm q fecit. 2o qa absconse fecit
Ipa absconsio tuba e elemosina
eius z quod ille fecit ho p qd appareret
q volt appare qa fecit tuba e. qa p
ipso elemosina ipa du fit clamat
d se Ido no tm locus s actus secretus
fuaretur. sz mags volutas secreta.
Nam i omi actu corpali fraude quam
volus face pt i sola gsciencia no pt
fi dolus qa i hoibz suadem dolo aut
manifesti sumus. Nunqz no itelligit
ho ce vanu qui ab oibz volt videri
sz cogit amare q itelligit ee vanu
q miserius q natura humana. Omie aut
pt amare qd sibi itelligit bonu so
lus q itelligit malu amare cogit
z odie qd itelligit bonu. q duas hz
i se adversates naturas. qd enim
placet aie displicz vero aut solo. Quis
vita nra temptacio est. Et si oio vita
nra temptacio e oio vita nra z lucre.

Te autem faciente elemosinam

nesciat sinistra tua qd faciat
qd dextera tua. Iam dictu signa
uimus hec oia ad anima dici no ad q
ne q hic sermo manifeste declarat
Alioqn qntu ad corpus quo pt fi ut nes
ciat sinistra qd dextera facit tn quado
ambe manus i adiutoriu sibi ivice
sut create ut altera alteri ministret
Nec ceto ivenitur opus q vna manus
sine altera possit iplere. Ecce sz hic q dy
unusquisque dextra manus e volutas aie
spalis ad bonu gtendens. Sinistra aut
volutas carnis sps vo contraria nes
ciat ergo carnis volutas q faciat
volutas aie. Ecce q volutas e nobis
faciendi ppt deu volutas e aie z
dextera manus nra. Si subrepente nobis
volutate vana ut ab hoibz videamur
etiz volutate carnis z manu sinis
tram tepserimus nescit sinistra volutas
qd facit dextra. Si aut sub occasione hui ro
lutati vane gsenserimus gniugimus si
nistra volutatem dextre z dexteram
sinistre z notificemus sinistre q opa
bat q cte s apli intpetatur i libro
canonu q e d episcopis. dextra pplus
e xpianus q e ad dextram xpi. sinistra
aut oie pplus q e ad sinistra. hec g
dicit ne xpianum elemosina faciente
q e dextra i fidelis aspiciat q e sinistra
xpianus aut si xpianu vidit elemo
sina faciente no e contra xpi pceptum
qm ambo dextera sunt

Ut sit elemosina tua in

abscondito no tm i abscondito lo
co q i abscondito consciencie. nam si ama
mur bone volutatis i clusa sunt corpa
les actus nros abscondere possumus
Si aut p vanas cogitaciones fuit e
nagata nichil pdest corpales actus
abscondere qa sic absconditus ut a plis
publicemus. Et pr tuus q videt i ab
scondito reddet i manifesto vide qa
absconsu cordis no locu signat. deus
enim i absconso cordis e no i abscon
so loco. Conscedat qa no volunt ecce nos
deus i absconso facere ut no appareat
opus nrm. Alioquin quo dicit. Sic lu
ceat lumen vrm ut videat hoies
opa vra z magnificent prem vrm
q i celis e. sz ut ipse eu ostendat.
Nam quoquis e omne bonu qd a nobis
absconditur a deo aut absconditur. Nam si
si tu tempus ostendas pauci sunt q te
laudant. etiz q no itelligunt q tu
latere potueris. q aut itellexerit
vituperat magis no laudat. Si aute
deus ostendit nemo vituperat nisi for
te malus cui displicet bonus. Suppos

eni est ut bonum opus hominis in abscon
dito dimittatur deus. Sed hic seculo
manifestat et ideo glorificat quia gloria
dei est. Opus autem malum hominis ad
gloriam diaboli est in eo enim malicie
eius virtus ostenditur. Et opus bonum
gloria dei est in eo enim gloria eius ostenditur
Ideo quoniam dyabolus qui suggerit malum
fieri ipse manifestat malum verbi gratia
ipse suggerit adulterium facere et ipse
manifestat adulterium ipse suggerit
homicidium facere et ipse publicat ho
micidium. Sic deus qui dat bonum facere ipse
publicat omne bonum in manifesto
videlicet in seculo illo quia hic merces iusticie
manifesta non potest esse puta pro bono ope
tuo si te fecit divitem quoniam hic non solum
boni sed etiam mali divites sunt magis
autem mali quam boni. Ideo merces iusticie
in divitiis non apparet. Vel si fecerit
habere filios et in hiis bonis in differenter
et boni et mali inveniuntur et ideo iu
sticie merces manifesta non potest esse.
Et omne bonum quod est in seculo desidera
bile inter bonos et malos commune
est. Ideo si bonis datum fuerit non apparet.
Illius autem seculi bona iam non sunt communia inter
bonos et malos sed tantum bonorum. Ideo
cuicumque illic bene fecerit deus manifestum
est quia pro mercede sue iusticie meru
it illud bonum nisi forte in hoc mun
do reddit in manifesto faciens eum
omnibus manifestum et glorificans eum ut omnes
cognoscentes eum deum honorem esse ve
nerentur eum. Quasi secundum opera estimentur
et status bonorum mundi ipsius verbi gratia
multi veniunt in mala et boni et ma
li in seculo isto. Unde intelligimus quoniam
temptantur in eis qui boni et qui puniuntur
qui mali secundum opera. Ut cuius opera videris
bona scimus quia temptantur quasi iustus.
Cuius autem mala dicimus quia puniuntur
in eis quasi peccator. Sic et bona mundi
videmus et peccatores habere et merito du
bios. Propterea secundum opera est mani

festum quoniam malus si bona in hoc mundo
fuerit consecutus dicimus quia nutriuntur
iniquitates eius ut illic intereat. Quando vero
ei autem bonus dicimus quia reddidit
ei deus mercedem iusticie eius

Sed ypocrite qui amant stare in
synagogis et orationem nobis est sermo
quam solam quasi spirituale tributum
anima offert deo de visceribus suis
. Quemadmodum enim iusticiam quam facit homo
secundum potenciam suam facit et de potencia
sua profert solam autem orationem secundum
fidem suam facit et ex fide sua profert
Unde autem scire quod preciosa sit oratio
Nulla iusticia ... assimilatur
nisi oratio sola sed in revelatione iohannis
ostenduntur quomodo viginti quatuor angeli ante
altare conspectum processit habentes thu
ribula incensi odoratorum in manu
et idem est ei quasi sunt orationes sanctorum
Sicut enim ... unguenta delec
tant hominem odoratum sic iusta oratio
suavis est ante deum. Unde autem scire digni
tatem eius mox ut de ore processerit
suscipiunt eam angeli in manibus suis
et offerunt ante deum sicut dicit archan
gelus ad thobiam. Ego sum qui orationem
tuam obtuli ante deum. Unde scire vir
tutem ipsius. Oratio trium puerorum fecit
ut ignis ardens non adureret eos sed
delectaret ut flamma videretur quasi in
specie umbraculi autem esse in opere suo
quanto quidem gloriosa est tanto cautius ser
vanda est ne appareat hominibus sed vilescat

Orare putas quia vetat in syna
goga orare in conventu hominum. Sed
eo proposito in conventu vetat orare
ut videatur a conventu. Alioquin
in conventu fidelium orare laudabile
est sicut dictum est in ecclesiis benedicite
deum et iterum. Adorate dominum in atria
sancta eius. Puto autem non ad locum respi
dens sed ad propositum orantis. Quoniam qui sic
orat ut ab omnibus hominibus videatur mens
illius non deum aspicit sed homines qui sunt
ibi et videtur sibi in medio multorum

non fueris invenies. Justiciam autem nisi sol-
licitus fueris non apprehendes. hec enim omnia
gentes querunt quia in rebus humanis fortu-
nam credunt esse non providentiam neque
iudicio dei vitas humanas gubernari esti-
mant sed incerto dubio et eventu. ideo
merito timent merito solliciti sunt et
desperant quia neminem huius gubernato-
rem. Qui autem credit se iudicio dei guber-
nari non incerto duci eventu escam quam
suam in manu dei committit sciens quia ne-
minem super voluntate et iudicio dei fames
et nuditas occidit. Cogitat autem de
bono et malo faciens quia nisi sollicitus

fuerit nec malum fugiet nec bonum
apprehendet. ideo dicit. Querite primum
regnum dei et iusticiam eius. Regnum dei
est retributio bonorum operum et malorum.
Justicia autem est via pietatis per quam itur
ad regnum. Si ergo die ac nocte cogites
glorie eius gloria sanctorum vel glorie eterne
ritus impiorum vel peccatorum natura est ut a
pro timore pene eternus recedas a
malo. aut pro desiderio glorie excitatus
festines ad bonum. Et si quotidie cogi-
taveris quod sit iusticia dei et quod odit et quod
amat ipsa iusticia ostendet tibi viam su-
am. nam iniustos sed odientes se fugit
et amatos se sequitur. Nec enim da-
turi sumus rationem ut pauperes
fuerimus aut divites quia non fuit hoc
in nostra potestate. Sed ut benigni aut male
quod in nostro arbitrio datum est ad ho-
minem maledicta terra in operibus tuis. Vi-
des quod propter peccata hominum maledicitur ter-
ra ut non germinet. Benedicitur autem cum
opera bona fecerimus. Tu ergo quere iusticiam
et non deerit panis. quia sicut pro mala
opera fructus terre subducitur. Sic pro bonis
abundat. Ipsa dixit Querite regnum dei
et iusticiam eius et hec omnia apponentur
vobis. Nolite ergo solliciti esse in cras-
tinum. iam diximus quia quod dicit hodie
hoc solum significat quod opus habes in vita ista
presenti. Quod autem dicit cras quod preter ne-
cessitatem superfluum est ostendit. Ni-
chil ergo cures superfluum habere quod ne-
cessarium est vobis ad victum cotidianum.
Quod autem superfluum fuerit quod est cras
curam esse ac si dicat superflua
quecumque congregaveris illa scriptura
curabit te quia non eis fruentem
ipsa autem inveniet duos iustos qui
ea procurent sicut placuit eis. Quod
ergo cures de illis quorum potentem a
deo es dimissurus. Sufficit enim
malicia diei sua ac si dicat sufficit
et labor et miseria quam pateris in vita
propter usus cotidianos quod necessarios

habemus. Nolite superfluo vel superflu
is laborare nec labor quidem fiat vobis
fornicacio aut eorum aliquis maliciam
aut dicat ipsam afflictionem appellat
sollicitudinum presencium et laborum
non sed manichei dicunt mala esse ypa
incarnatam dicit. ~~[illegible]~~

Nolite iudicare ut non

iudicemini. Quinque loca habent similem di
sensum exposuit dicentes. Quod dominus
hoc mandato non christianos prohibet ex be
nivolencia corripere christianos dignos
correpcione. Sed ne per iactanciam
iniusticie sue christianos despiciant
peccatores derogantes frequenter et iniustis
et ex parte plerumque suspicionibus obe
dientes ceteros et condempnantes et sub
specie pietatis proprium odium exequentes
et ut ne sit quod christianus corripiat
christianos. Convenit sermo qui dicitur No
lite iudicare. Si autem vero non corripu
erit ut tamen conveniat id quod dicit ut
non iudicemini nescio. Numquam propter illud
solum si non sic corripuerint peccatores
consequentur indulgenciam peccatorum suorum
sicut quod dominus dicit non iudicabimini. Sic
enim iudicantes sed iudicare non decet
male et faciunt sine dubio non iudica
tes veniam peccatorum suorum ex hoc non se
quitur quia non iudicaverunt male.
Quod enim consequitur indulgenciam ma
li sui suorum quia non addidit et alterum
malum esse si ipse peccantes non iudica
verunt nec ipsi iudicabuntur. Propter suos pecca
hec exponens volentes ostendere quod
sermo non est positus de proximis non iu
dicandis qui peccant in deum sed qui in nos
peccant. Quibus quod est superius expositu
ut consequentiam ad iusticiam orationis res
picientem. Et hec doctrina est quedam mo
dus ipsius orationis ut sit talis ordo nar
racionis. Et dimitte nobis debita nostra
sicut et nos dimittimus debitoribus nostris
et ne nos inducas in temptacionem sed li
bera nos a malo. Amen. Nolite iu

dicare ut non iudicemini. Qui enim non iudicat
proximum suum propter peccatum quod fecit in eum il
lum nec deus iudicat propter peccatum quod fecit
in deum sed dimittet deus debitum eius sicut et ipse
dimisit debitoribus suis. Quod autem cetera
universa mandata generaliter cunctis man
dantur tam sacerdotibus quam laicis precipue
tamen doctoribus quia quanto maiores sunt
in ordine tanto perfectiores debent esse dis
cipulis. Et et hoc mandatum de proximis non
iudicandum ad omnes quidem pertinet preci
pue tamen ad doctores. Unde quedam sunt manda
torum istorum que si diligenter aspicias penitus
non conveniunt laycis nisi forte pro ipsis
doctoribus aut omnes conveniunt quale est
hoc ipsum quod sequitur. Quid autem vides fes
tucam in oculo fratris tui trabem vero in o
culo tuo non vides. Ypocrita eice primum
trabem de oculo tuo et tunc videbis eicere
festucam de oculo fratris tui. Videre enim fes
tucam in oculo et eicere eam posse non est omnium
sed tamen doctorum qui per doctrinam vel incre
pacionem suam dum possunt eicere de men
te fratris sui peccatum vel magnum vel modi
cum. Sed et illud quod dicit Nolite sanctum dare
canibus neque margaritas vestras mitti
tis ante porcos. Habere enim vel scientiam vel mar
garitas et posse dispensare vel bona vel
mala et posse discernere qui homines sunt ca
nini qui porcini non est omnium hominum sed tamen
sanctorum. Vult quod doctores christianorum
sunt in omni iusticia. Et et in hac similitudine facere
considerare docet ut bonam doctrinam suam
per meliorem vitam commendent ut hii do
cendo sciam iserceant nichil aut vive
do timore quod falcos sit tre condicientes
omnes vite sue exemplo et lucescunt
doctrine illuminantes. Quod autem audi
at illum docentem quod sepius non audit
quod dicit ad omnes pertinet tamen ad doctores.
Nolite iudicare ut non iudicemini. Quia
si doctor memor sit iniurie et dolorum
et malicie memoriam servat in anima sol
vitur ecclesie status sive ad tempus res
picias apostolorum sive ad ...m. Timet

enim sed legimus difficile aliquos converte
bant ad fidem christi nisi multa paterentur
tur ab ipsis. Nam quasi lassato et devicto
per sufferentiam eorum iniuriarum usque ad mor
tem relinquere dyabolus corda infi
delium et iam non habentes virtutem eos
amplius armare attendere dei gratia
ad christum convertebantur. Si igitur memores
fuissent iniuriarum quas fuerant pas
si ab eis numquam eos quomodo libenter
ad fidem christi recepissent. Sed et unde cum
frequenter doctores offenduntur a laycis
sive iuste sive iniuste dyabolo seminan
te occasiones. si memores sunt iniurie
et doloris totam solvunt caritatem. nam ibi
recordacio iniurie et doloris in medio est
nec doctor benivolenter docet laycum nec
libenter laycus eum ausculat. Et doctor
forsitan et invitus aperit os suum ad docen
dum laycus cum sit omnino sine dei timore nec
usque ad faciem contentus est eum audire
sed conversus egreditur dorso et faciem ad illum
spernens et amplius contra illum. Sed non sen
tit anime sue dispendium efferatum. Sed
nec bestia irritata velud in se ipsam. Ipsum
hoc capitulum lucas clarius latius prose
quitur dicens. Nolite iudicare et non
iudicabimini. nolite condempnare et non
condempnabimini. dimittite et dimittemini. Da
te et dabitur vobis. mensuram bonam et con
firmatam et coagitatam et supereffluentem da
bunt in sinum vestrum. Eadem mensura qua men
si fueritis remetietur vobis. Et quis sit ille
qui nec iudicat. quis autem qui iudicat quidem
et non condempnet. Et quis est qui condempnat quidem
et tamen et dimittit. Et quis est qui dat corpo
ris ibi. Et quam superflua quidem mensura
quam coagitata quam bona et quam iusta maior est
sit perfectior est eadem illo qui nec iudicat
quam ille qui iudicat et non condempnat. Et ille
qui iudicat et non condempnat melior est
illo qui condempnat et dimittit. Hic autem
matheus omnia illa breviter sermone con
clusit dicens. Nolite iudicare ut non
iudicemini. In quocumque enim iudicio iu

dicio iudicaveritis iudicabitur de vobis
Intelligentes quam iudicium primus ad omnia
pertinet illa. Nam et qui iudicat tantum
constantem in se et non condempnat iudicatur
Et qui non solum iudicat sed etiam condemp
nat iudicatur. hoc enim ipsum condempnare
est iudicare. Et pro illo pluralis dixit
Nolite iudicare et iudicare noli
te condempnare. Iste dixit in quocumque
iudicaveritis iudicio iudicabitur de vobis
idest si iudicaveritis et non condempnaveritis
simili iudicio et vos iudicabimini quidem
a deo. sed non condempnabimini. Si autem
iudicantes condempnaveritis simili iudicio
vos condempnabimini. Et quod ille dixit.
dimittite et dimittemini. date et dabitur
vobis. Iste dixit in qua mensura men
si fueritis metietur vobis. hoc est si non ro
gati dimiseritis peccatum proximis vestris
solo dei respectu et deus eos sic prius quam
rogetur a vobis dimittet vobis. Si autem
rogati veniam dederitis et deus vobis
tunc dabit veniam cum dignis precibus
et congrua lamentacione clamaveritis
. quam ergo dixerat precipue sed dixi doc
toribus. Nolite iudicare ut non iudi
cemini. Convenienter addit et dicit.
Quid autem vides festucam in oculo fratris
tui trabem vero in oculo tuo non vides.
idest trabem in oculo tuo non vides ut
quid vides festucam in oculo fratris tui. ut
si dicat. quomodo hic qui est non videt et reprehen
de laycum quia docere et reprehendere ipsum
in reprehensione consistere quam talis
doctrina non est amabilis nec defenda
bilis. propter quod omnis sacerdos si vult do
cere populum prius se ipsum doceat. si autem
tem se ipsum non vult docere de omni quod
docet nec ipsum arguere de omni quod
arguit nec alios doceat vel argu
at quomodo ut si iudicium dicit non eva
dit ut obprobrium hominum non paciatur
Aut quomodo dicis fratri tuo sine ut eiciam
festucam de oculo et ecce trabes in
oculo tuo idest tu qui facie arguas
peccatum layci fratris tui proprium in eodem

qui in maiori peccato consistens. Non timens
ne audias ex diverso medice cura
teipsum. Si medico obprobrium est
quod nec alterius sanitatem habet in potestate
nec suam si alios curare velit et
ipse debilis sit quasi testimonium eius
inperitie sue portat in corpore suo
propter eam passionem. Quanto doctori non sit
obprobrium alios velle eruere a peccato
et ipsum in maioribus esse peccatis dum possit
amplius seipsum eruere a peccato quam alios.
Aut ita quando dicis fratri tuo [illegible]
proponite putans ex caritate corrigendo dicens
ut salues proximum tuum non sed ut te
sileas iustum. Si autem ex caritate cor-
ripis arguens proximum tuum ut salua-
res teipsum ante saluare. Numquid
possibile est ut alteri benivolentior
sis quam tibi ut cum teipsum nolis saluare
alterum velis. Omnis ergo doctor qui alterum
reprehendit in qualecumque delicto et
ipse in eo consistit non prius seipsum pur-
gat certum est quia alloquens in ecclesia
non alios vult saluare sed per totam
doctrinam malos actus suos celare
et sciencie laudem ab hominibus querit non
edificacionem mercedem a deo et est ypocri-
ta. Ideo competenter addit et dicit y-
pocrita eice primum trabem de oculo
tuo et tunc videbis eicere festucam de o-
culo fratris tui. Ypocrita est omnis doctor
qui non prius facit bona et postea docet. Dum
enim docet bona proficit seipsum coram
hominibus. Dum enim male agit peccatorem
se constituit infra se hoc est dicat vis
libere et fideliter ut fiducialiter repre-
hendere laycum et eicere de oculo mentis
eius peccatum. Prius tu ipse metem pur-
ga ab omni malo ut cum arguere pla-
ycum pro peccato eius ex diverso laycus
non habeat unde redarguat te pro peccato
tuo. Nam incipiet te et tunc ipse cum non
invenit quod condempnat iterum. Omne au-
tem peccatum non secundum actum suum dividi-
tur modicum et magnum sed secundum per-
tantes personam. Laycus enim et si magnus
fecerit peccatum modicum est et festuca est
quantum ad sacerdotes dico peccatum quod laycus est.
Doctor autem et si peccatum fecerit modicum mag-
num et trabes est quantum ad lay-
ci dico peccatum quia doctor est. Nolite sanctum
dare canibus neque mittatis margaritas
vestras ante porcos ne forte conculcent
eas pedibus suis et conversi disrum-
pant vos. Cum supra dominus mandatum
dedisset omnibus precipue tamen doctoribus ut
diligerent inimicos suos et benefacerent
eis. Iterum paulo ante ut non iudicarent
eos qui peccant in eis. Considerans quoniam qui
persequuntur sacerdotes et iniuriant eos
et ledunt plerumque et infideles sunt qua-
les sunt gentiles vel heretici et si christia-
ni sunt sordidi sunt et insensati qui nec con-
siderant nec intelligunt sacerdotes christi
vicarios esse christi. Et quoniam qui honorat
sacerdotem christi honorat christum et qui iniu-
riat sacerdotem christi iniuriat christum. Ne for-
te conciperent cogitationes in fine huiusmodi sacerdotes
dicant si iubemur diligere inimicos
et benefacere eis. Si iubemur non iudi-
care peccatores qui peccant in nos sic nos
debemus eos iudicare peccatores qui pec-
cant in nos ut non solum nostrum sed etiam
quod a deo sunt eis concedamus ut sit plena
nostra misericordia sicut et dei. Ideo talem
estimationem eorum precedens sermone
compescuit dicens. Nolite sanctum dare
canibus et margaritas vestras nolite mit-
tere ante porcos. Ac si dicat. Mandavi
vos diligere inimicos vestros et non iu-
dicare eos ut non exhibeatis misericor-
des ad illos ut benefaciatis eis de
bonis corporalibus non de meis spirituali-
bus passim in natura vobis communes
sunt et non in fide. Mandavi vobis ut non
iudicetis eos qui in vobis peccaverint non
ut misteriorum meorum secreta panda-
tis eis qui nolentes me scire spernunt
ut blasphemant. Videte preceptum verum
dum ad eius exemplum volui vos es-
se misericordes. Carnalia beneficia

dignis et non dignis similiter prestat nunquam gracias spirituales. Nec enim dixi vobis de illo qui solem suum iubet descendere super gratos et ingratos et dat suam benedictionem super iustos et iniustos, propter quod in verbis quidem estote simplices et benigni, in meis autem prudentes et cauti. Si tu vestrarum studiosum [?] clavicarium cellarii tui fidelem tibi requiris, quanto magis deus talem querit dispensatorem graciarum suarum qui bene tractando gracias eius faciat grandiores, non male dispensando reddit ingratas [?]. Si enim sic canibus dederis sanctum vel porcis margaritas, nec sanctum canes sanctificat nec margarite nutriunt porcos, sed contra canes contaminant sanctum et porci margaritas sordidant vel confringunt. Ita si hominibus caninos vel porcinos mores habentibus sanctum dederis vel ministeria secreta credideris, nec sancta illos sanctificant nec ministeria veritatis illos illuminant, sed econtra ipsi sanctum contaminant, ministeria veritatis blasphemant. Canis et porcus ambo quidem animalia immunda sunt, sed canis ex omni parte immundus est. Nam nec ruminat nec ungulam habet fissam. Porcus autem ex parte immundus est, nam quamvis ungulam habet fissam, immundus est quia non ruminat. Sic immundus habetur, propter quod canes puto intelligendos gentiles vel hereticos omnino immundos. Nam et propter actus suos malos immundi sunt et propter professionem suam vel ydolatriam amplius immundi sunt. Porcos autem christianos carnalibus et immundis voluptatibus deditos, qui propter fidem quidem suam mundi sunt, propter actus suos sordidos habentur immundi. Et canes quidem gentiles, porcos autem hereticos propter eorum modicum mundum quod vel denotare videntur. Sed ex omnibus intelligimus quod sunt canes vel porci. Canis naturale est improbum esse, nunquam vocem mittere propter aliquam causam sed certa animalia nisi ad abigendos suspicientes [?]. Iniustum autem et de superfluo latrat. Tales sunt omnes gentiles vel heretici in apostolicos [?] latrantes plerumque adversus

filios dei latrantes et aliquando etiam adversus deum blasphemiis ululantes aperte et nunquam os suum aperientes ad bonum sed semper ad malum. Item porci proprium est in ceno se volutare, nunquam celum aspicere nec cognoscere dominum suum nisi cum esurierit. Tales sunt enim christiani qui carnalibus immundiciis delectantur nec aliquando aspiciunt celos sed nunquam querunt deum nisi cum eis necessitas advenerit. Et illi quidem evomunt malum quando bene iudicantur de malo. Revertuntur autem ad vomitum malum perpetrantes qui nichilominus agunt malum, et isti repetunt stercora peccatorum suorum quorum peniterent. Revertuntur enim ad stercora sua sicut porci quando emissam repetunt vitam. Nunc videamus quid sit sanctum et quid margarite. Nam distinguitur quod sanctum dare, quod non dare, sed generaliter omne quod sanctum vetuit dare. Ergo sanctum est baptisma, propterea non est dandum nisi iam fidem habentibus. Sanctum est gracia corporis Christi, propterea illis solis danda est qui iam per baptismum facti sunt filii dei et impositionem manus. Benedictus panis sanctus sunt [?], propterea illis porrigenda sunt qui capaces facti sunt benediccionis per fidem. Item ministeria veritatis sunt margarite, quia sicut margarite inclusae clodeis [?] posite sunt in profundum maris, sic et ministeria divina inclusa verbis posita sunt intus ad altitudinem sensuum scripturarum sanctarum. Et sicut non omnis homo potest se mergere ad fundum tollere margaritas nisi artifex qui habet usum rei illius, sic non omnis homo potest descendere in altitudinem sensuum et illic invenire ministeriorum absconditas margaritas nisi spiritualis qui habet excitacionem spiritualium narracionum. Propterea margarite non sunt dande nisi desiderantibus veritatem et cum racione humana venientibus. Si igitur talibus porcis secretorum ministeriorum miserie margaritas, se sceno [?] vite delectacione mente gravari non intelligunt preciositatem

carnu͞ Et estimantes eas similes
esse ceteris fabulis mundialibus
artibz similit' eas ci'nalibz artibz
gerulant ⁊ p'̄modu͞ quersi per
iobedienciā rupunt pbitores ea͞z
fregi' aut̄ ⁊ scandalizati i eis ca
lupniant' expositores ea͞z q̄si deg
natu͞ nono͞z seminatores Et sicn
nibz talibz dixim⁹ dedis sca suscē
pint q̄i canes sn̄ discrecōe gustat
ea ⁊ p nichilo estimantes q accepe
runt tomisi disputacoibz siue q̄si
saltibus irracionabilibz rumpūt
vitas p̄dicatorē / Et puto no sn̄
rōnabili differencia scm̄ quod canibz
dare vetuit solis aut̄ margaritas
nō dare porcis Et d' margaritis aut̄
quid possum⁹ dicē q̄a si porcis mitti
vetitur minus īmundis quanto magis
canibz plus īmundis / De scō aūtē
dando ide͞ estimare nō possum⁹ Qd
eni͞ si plus īmundis dare nō queri
mur aut̄ īmundis oportet / Porr
ro neqz vetitu͞ itelligimus neqz ma
datu͞ forte p frequēr et manu͞ ponim⁹
⁊ bndictionē dam⁹ etiā porcoru͞
more viuētibz xp̄ianis nō compelli me
rent' accipe sz nos ex nobis conti
iusticiā dare ⁊ sic p angue forte
scandalizati plenius desperant scō
iustu͞ nō ē q̄a iniustu͞ est vetitu͞
aut nō / q̄a īfirmitati suāt ignos
cendu͞ Et q'z d' scīs cepimus dicere
nō tacendu͞ quia aliud ē scificatio
aliud ē scificatu͞ Scificacio eni͞ ē
qd' alteru͞ scificat / Scificatu͞ autē
alteru͞ scificare nō pt q̄mus ipm̄ sit
scm̄ verpunt signas panē tuum
quē manducas sic aut aplus Scā
ficat' eni͞ p vbu͞ di ⁊ orōnē Scā
ficasti cu͞ nō fecisti scificacoez / qd
aut sacdos d' manu sua dat nō so
lu͞ scificatu͞ / sz etiā scificatō est
quia nō solu͞ hoc dat' qd videt' sz etiā
illud qd itelligit' / De scificato
aut pane licz ⁊ canibz iactare
⁊ ifidelibz dare q̄a nō scificat ac
cipientē Si aut ille ē q d' manu

sacdotis accipit' q̄le ē qd d' mensa
manducatur / Omnes d' mēsa mandu
carent et nemo d' manu sacdotis acci
piet / Videt ⁊ dnō i via nō solu͞ bndix̄it
panē sz d' manu sua dedit cleophe ⁊
socio ei⁹ Et paul⁹ nauigans nō solu͞
bndixit panē sz d' manu sua porrexit
luce ⁊ ceteris aplis seu discipulis suis
Qd aut d' manu porrigit' / nō canibz
dandu͞ ē nec ifidelibz porrigendum
q̄a nō solu͞ scificatu͞ sz etiā scificatio
ē ⁊ scificat accipientē / Petite et
dabit' vobis Transitu͞ consequentē d' aplo
ad caplm̄ difficile i verme ē sed di
uisa ppoim⁹ scm̄ diuisas estimacoes
/ Sciens dns q̄ quoniqz man
ducauat sup̄ hoibz ipossibilia erat
et q̄ntu͞ ad naturā hūanā sup̄ naturā
nā quis se nō abstinet a cedibz quō
pt se abstinē ab ira / Qui nō abstinet se
a fornicacoē quō abstineat se ab con
piscencia / q nō abstinet a piurio quō
abstineat se a iuramēto / Qui alios fe
rire nō cessat quō pbeat se feriendu͞
Qui nec amicu͞ sincere diligit quō di
ligat inimicu͞ / Qd aut pt ipossibile
ē / Quō elemosinas facē vel orare vel
ieiunare ⁊ nolle hoibz apparē / Qd
aut difficili⁹ q̄ nō iudicare peccatorem
i se a nichil scm̄ vel secretu͞ dicē aut
dare idignis necesse est vt ⁊ iustos
faciat inimicos / Quia g° maiora erat
mādata q̄ virt⁹ hūana ⁊ transmittit
eos ad dm̄ cui⁹ gracie nichil ē ipossibile
dicēs petite ⁊ dabit' vobis vt qd ex vo
bis hoibz consumari nō pt p graciam
di adimpleat' / Omm̄ creaturā sensi
bilē deus armatā ⁊ munitā crea
uit / Alios ē eni͞ muniuit vngulibz
alios velocitatibz penis / alios dentibus
alios cornibz / hoiem aut solu͞ sic dis
posuit vt virtus illi⁹ sit ipē et in
eo q ifirmiorē eu͞ fecit oībz ipo
fortiorē ipē noluit eē mse / Ita
sciens deus q cognoscē ⁊ colere
deu͞ vita eterna ē / Ignorare aut

et comprehendere pro dictio sempiterna. nec
ita infirmum eum creavit ut omnino ni-
chil bonum facere possit, neque eum super omnia et
super quem omnia fecerat, in omnibus inveni-
retur esse deterior. Nec ita potentem
eum creavit ut etiam sine dei auxilio quod ipse
ipso facere possit quod vult ut infirmitatis
sue necessitate coactus semper necessarium
habeat dominum suum. Et vere iustissima
res est ut nemo habeat suum factorem.
Cui enim omnis virtus hominis in deo est etiam
comprehendit omnium bonorum auctorem. Aut itaque
mam ad satisfaciendam orationem que de-
dat eis observande boitutis mandata di-
cens. Nolite iudicare ut non iudicemini
competenter addidit. Petite et dabitur
vobis tamquam si diceret si hanc clementiam
servaveritis ad inimicos quam mandavi vo-
bis quodcumque vultis petite et dabitur vobis.
Et quodcumque desideratis invenietis querite et inve-
nietis. quodcumque clausum vobis videtur pulsa-
te et aperietur vobis. Gratiam nos frequen-
ter precibus petite die ac nocte oran-
tes quod si misericordiam suam protraxerit
deus ad tempus volens temptare deus pati-
entiam fidei tue. Tu a petitionibus tuis
non recedas. sicut enim qui vere esurit statim
dum petit cibum donec impleat necessita-
tem corporis sui nec potest cessare. Neces-
sitas enim urget quod sine cibo vivere
non potest. Ita et qui vere desiderat gratiam dei ces-
sare non potest a petendo sciens quod sal-
vus fieri non potest sine dei gratia. Adhuc
querite interrogantes sacerdotes. ceteros
qui habent scientiam spiritualium scripturarum
sicut precepit lex. Interroga patrem tuum
et dicet tibi seniores tuos et annun-
ciabunt tibi. Querite studio et labore legen-
tes scripturas legis et prophetarum. Nam
deus ita nos disposuit esse ut nec stu-
dentes nec laborantes circa scriptu-
ras acquiramus salutem sine gratia dei quod
nobis imputemus quod sciamus nec tamen gra-
tiam acquiramus nisi studuerimus et labo-
raverimus circa scripturas. Nec donum
dei negligentibus detur. Gratia enim adiu-

torium est infirmitatis humane. Ad-
iutorium autem non dormientibus datur
sed festinantibus et non tepescentibus. Sicut
enim in bello non omnis qui pugnat vin-
cit. Nemo tamen vincere potest nisi pugna-
verit. Sic et non omnes qui studenter
legunt accipiunt scientiam spiritualem
nemo tamen acquirere potest nisi qui studiosus
fuit ad legendum et assiduus ad au-
diendum. Et infideles quidem non timen-
tes deum inveniunt scientiam legendo et stu-
dendo. sed non illam que ex deo est sed hanc que
ex natura carnali que per exercitationem
animus acquiritur quam habuerunt
etiam et gentilium studiosi. Multa enim
inter differentia est inter scientias istas.
Illa enim orationibus non instat nec operibus
bonis sed per solum studium lectionum facta
est sciens quam aliis predicat ipse sibi nec
sentit quod predicat. Et de ira dei loquitur
alios quidem forsitan terret ipse quidem
non timet. Et de misericordia alios qui-
dem forsitan consolatur ipse autem non
gaudet. Alios admonet credere et ip-
se non credit eis que dicit. Sed qui ali-
os docet ab intus conscientia eius ridet
sibi de verbis suis quia scientiam que ex solis
lectionibus est ex ore procedit. Que autem de
spiritu sancto procedit est ex corde profertur.
Et ideo spiritualis scientia non solum dicitur sed
et sentitur non tamen in scripturis legitur
sed in corde suggeritur. Et ideo si alios
terret ipse amplius timet. Si consolatur
ipse melius gaudet et omne quod loquitur
non tamen legit sed experimento probavit.
Nos ergo petamus deum et operemur
bona ut non carnalem sed spiritualem scientiam
mereamur. Et hoc est quod dicit. Pulsa-
te et aperietur vobis. Pulsat enim deum
qui facit bona opera ante deum orationem ie-
iuniis et elemosinis. Sicut enim qui pul-
sat hostium non tamen voce clamat sed et
manu. Sic et qui bona opera facit quasi qui ma-
nu pulsat omnibus bonis. Scriptum est enim
Concupiscens sapientiam serva iustitiam et
deus prebet tibi eam. Sed quod dicis. ho-

ipsum peto ut sciam et faciam et quod
possum facere prius quam accipiam et iam quod
potes fac ut amplius possis et quod scis
operare ut amplius scias. Iusticia e-
nim ipsa se operatur et ipsa se mani-
festat. Quando dum tu iusticiam operaris
in te iusticia te operatur in se. Nam
omne artificium se ipsum operatur. Ut
puta operare vineam colligis fructum
eius et delectatus in eis melius operaris.
Vides quia ipsa se colit fructificando
tibi dum colitur. Sic et ex diverso qui opus
peccati ipsum peccatum cum sit immundus spiritus
operatur in eo delectationem peccandi ut
dum delectatur circa peccatum amplius
peccet. Sic et qui iusticiam operatur
tunc sicut ipsa iusticia spiritus sanctus operatur
in eo delectationem faciende iusticie
ut delectatus circa iusticiam amplius
faciat. Tale est quod dicit Sapiencia
Cogitatum habe in preceptis dei et
in mandatis eius meditare semper et ipse
confirmabit cor tuum et concupiscen-
tiam sapientie dabit tibi. Vides quod ius-
ticia ipsa se operatur te tantummodo in-
choante et laborante. Sed et ipsa se ad-
aperit dum colitur. Sicut enim qui pec-
cat dum peccat magis atque magis te-
nebrescat mens illius et a luce veri-
tatis recedit. Ita ut nulla scientia vel salu-
taris permaneat in eo nisi sola malig-
nitas de qua dicit Salomon. Sapi-
encia impiorum nequicia est scientie
est. Sic et qui iusticiam operatur magis
atque magis clarescat mens ipsius
et ad noticiam sapientie maiorem ascen-
dit et ipsa se iusticia quasi speculum of-
ferens oculis cordis ipsius. De-
inde si opera iusticie non facis idem
si non pulsas nec orare ex fide
potes. Nam virtus orationis est opus
iusticie. Oratio autem quasi odor suavi-
tatis est operis boni. Sicut quedam res aliqua
sine odore potest esse odor autem sine re
aliqua non potest. Sic opus sine
oratione aliquid est. Oratio autem

sine opere bono nichil est. Et si oras non
ex fide oras. Nam sicut lucerna non quidem
ex oleo accenditur sed per oleum nutritur.
Sic fides non quidem ex opere nascitur
sed per opera nutritur. Audi ita. Cum supra ma-
gister gentibus precipue autem doctoribus ut
diligerent inimicos suos et non iudicarent
quasi peccatores offendentes se. Consequens erat sicut
iam diximus ne forte sub obtentu dilectionis
et bonitatis etiam sancta dei et secreta eis com-
municarent ideo instituit ne faciant hoc dicens
Nolite sanctum dare canibus. Nunc autem dat
eis consilium bonum ut si diligant inimicos
suos quasi filii dei benignitatis imitatores et no-
lunt eos etiam sibi deum salvare petant deum
pro illis et dabitur eis. Querant eos qui
perierunt in peccatis et invenient eos gratia dei
demonstrante. Pulsent eos qui in erroribus
sunt conclusi et aperiet eos deus ut habeant sa-
nos ad animas eorum ingressum. Ac si dicat ad
christianos qui peccatorum more vincentes per-
diderunt se sibi ymaginem dei et caden-
tes ab honore positi facti sunt et perierunt. Que-
rite eos admonendo benivole promitten-
do eis misericordiam dei et in spem addu-
cendo eos. Sic enim paulus cum quasi por-
cus et non homo indifferenter omnium
maculavat prius quesivit et per dei gratiam
invenit. Gentiles autem vel hereticos qui cum
similibus persuasionibus mendaciorum circum-
cepti sunt et conclusi intra claustra perfidie
pulsate et habebitis in eis ingressum
sicut et christus dicit in revelatione iohannis
Ecce ego sto ad hostium et pulso et qui ape-
ruerit michi intrabo ad eum et cenabo
cum eo et ille mecum. Ergo non temeritu-
do sancta dei vel peccatores vel gentiles vel he-
reticos debemus velle salvare sub obten-
tu misericordie. Hoc enim temeritatis est non
bonitatis. Sed deum quidem petendo pro eis
ipsos autem vel querendo si perierunt vel pul-
sando si clausi sunt. Et tunc si et nos
digne petimus et illi salvabiles sunt
et ex canibus et porcis immundi refor-
mati efficientur homines sancti et sic iuste
et digne sancta percipiabunt et audient
secreta misteria eius. Omnis enim qui petit

Id est veritatis doctrina prophetas et apos-
tolicas nubes descenderunt venti
id est gratie spirituales vel angeli qui invisibili-
ter operantes homines ad fidem veritatis in-
clinant. Venerunt flumina id est quatuor e-
wangeliste vel ceteri sapientes et impe-
gerunt in domum illam et sic cecidit do-
mus dyaboli spiritualibus instrumentis
et erecta est domus Christi. Et nemirum
quia gentes venientes ad pedes eccle-
sie dicuntur. Ceciderunt enim cum dyabolo
et surgent in Christo. Ecce enim omnis homo
qui dum ambulat in peccatis stat dyabolo,
Christo autem iacet. Cum autem conversus fuerit ad
iusticiam, dyabolo cadit, Christo autem surgit.
Dicit enim propheta de hominibus liberatis a Christo:
Ascendit in altum captivam duxit cap-
tivitatem. Item dominus: Cum fortis arma-
tus custodit atrium suum in pace sunt
omnia eius. Cum autem venerit fortior, diripit
vasa eius scilicet homines ipsos de quibus edi-
ficata fuerat domus dyaboli. Unde sic secundum
prophetiam captivi dicuntur quantum ad dy-
abolum antequam ad libertatem fidei sunt con-
versi. Sic [illegible] dicuntur secundum Christum
[illegible] et cecidisse dicuntur quantum ad sta-
tum suum peiorem quem surrexerunt in fi-
de et factum est ruina eius magna videlicet
ydolis in toto mundo destructis [illegible]
[illegible] in tota terra [illegible] erroribus
solutis. Quia totus mundus dyabolo cecidit, Christo
autem surrexit. Vel sic: domus ista quam
stultus edificaverat super harenam sapi-
ens rex spiritualibus armis suorum scilicet
destruxit. Domum quam sapiens Christus
edificavit super petram id est Christum. Qui
enim audit verba Christi et facit ea ipse
est qui edificat super petram Christum. Christus
enim caritas est. Qui edificat se in caritate
edificat se super petram Christum. Christus
enim mansuetudo est. Qui edificat se in
misericordia edificat se super [illegible] Christum.
Christus enim misericordia est. Et in [illegible]
[illegible] boni edificaverunt se super petram
Christum se edificasse videntur. Qua

omne bonum est Christus. Stultus autem est Christo
quia fidelis Christi ecclesiam edificatam super pe-
tram nulla cum adversitas destruxerit
potest ut dicat cum Paulo: Quis nos se-
parabit a caritate Christi? Tribulatio an an-
gustia etc. Sic stultus dyaboli filius
est omnis Christianus qui se edificat super
harenam. Super harenam autem edifi-
cat se qui audit verba Christi et non faci-
t ea. Verba enim que non convertuntur ad opus ha-
rena sunt sterilis [illegible] enim harena non con-
venit in unum neque adheret in unum
sed semper sunt separata. Sic verba que au-
diuntur et non convertuntur in unam mi-
sterie massam per opus separata sunt et
dispersa et non assimilantur arene que
numquam in semetipsa coniungitur. Ergo su-
per harenam se edificat omnis Christia-
nus qui ex auditu solo verborum cre-
dit in Christum et non per bona opera se con-
firmat in Christo. Item et qui facit opera ma-
la super harenam edificat. Arena est
omnis materia [illegible] divitiis super [illegible] in
bonis mundialibus innititur se super
harenam edificat. Similis est stulto
dyabolo quia [illegible] dyaboli domus id est ydola-
tria a Christo destructa est per opera mi-
steriorum eius et gratiam sic et ille ho-
die vel cras destruendus est per opera
ministeriorum eius scilicet demonum vel homi-
num [illegible]. Et hii tales sunt quos tandem
de ecclesia [illegible] super eo quod
se edificaverunt super petram sed ma-
gis super harenam. Et erit ruina eius
magna. Quomodo magna? Vel enim domus
quibusdam validum fundamentum si per
aliquam tecti vel parietes ceciderunt ru-
ina eius magna non erit quia potest fieri vel
reparari iterum. Si autem fundamentum
eius fuit passum tunc et ruina eius
magna quia advenit deorsum. Sic et
Christianus si fornicatus fuit vel adul-
teratus vel homicidium fecerit cecidit
quidem tamen ruina eius magna non
est quia potest iterum ad penitentiam surgere

sequitur David. Si autem super fundamento fidei aliquid fuerit passus eorum, si praevaricatus fuerit et ad gentiles vel haereticos transierit, tunc est ruina eius magna, quia totius fundamenti ruina est. Et factum est cum consummasset Ihesus verba haec, admirabantur turbae super doctrinam eius. Placatus rationabiliter hominis intellectus laudem generat, victus autem admirationem. Quod enim laudare non possumus, hoc admiramur. Admiratio tamen eorum magis ad Christi gloriam pertinebat quam ad fidem ipsorum. Sic enim mirabantur qui credentes in Christum sed quasi inreprehensibiles audiebant sermones. Si autem credentes essent in Christum non mirarentur, sed potius crederent. Nam omne verbum vel factum illud movet admirationem quod superat facientis vel audientis personam. Verbi gratia si homo aliquid tale dicat vel faciat quod excedat mensuram naturae eius. Quamvis autem magnum sit quod deus dicat vel faciat, tamen minus est quam dei persona. Ideo quicquid a deo factum vel dictum audimus non admiramur, quia omnia minora sunt quam dei potentia. Tamen audiebat ipse sanctam communitatem et admirans proficiebat in verbis ipsius, quia admiratio etsi ipsa non est ex fide, tamen initium est ad fidem. Nam qui admiratur de verbis doctrinae, quamvis adhuc non credit, tamen in ipso limine credulitatis constitit ut credat. Turbae erant quae mirabantur, id est ipse vulgus; non erant illi pharisaei vel ipsi principes populi vel principes sacerdotum qui solent non discendi studio audire sed contendendi, non ut aliquid salutis acquirant, sed aliquid scandali calumniae inveniant. Et ideo simpliciter audiebat ipse simplex. Si autem aliqui eorum fuissent, sine dubio silentium communitate ipsi, sed consueti fuerant contradictionibus suis conturbassent, quia ubi maior scientia, illic malitia fortior. Quod autem semel manifestaverat esse pro difficile, generaliter esse secundus. Erat enim docens eos

sicut potestatem habens. Quia doctor summus est legis, qui neque super legem addere potest aliquid de suo sensu neque subtrahere aliquid secundum suum intellectum, sed hoc tantum praedicat quod habetur in lege. Nec enim potest mens humana contractare quod sapientia dictat. Sic enim ait Salomon: ne addas ad verba dei neque detrahas inde. Qui autem hoc ausus est facere, se putat sapientiorem esse quam deum et incipit falsus esse testis, quia illud dicit quod nec auris audivit nec oculus vidit. Christus autem dominus legis est et subtrahere potest de lege, quia propter necessitatem temporis iussit Moyses propter duritiam cordis iussum fuerat dare libellum repudii. Dominus illud qui potestatem habens subduxit dicens: Quod deus coniunxit homo non separet. Item addidit quia propter infirmitatem hominum minus fuerat institutum Moysi: antiquis dictum est non occides. Ego autem dico non irascaris. Ideo ergo mirabantur, quia non quasi summus legis sub potestate constitutus illud docebat quod fuerat iussum, sed quasi dominus legis et habens potestatem sua auctoritate addebat super quam fuerat dictum, dicens: antiquis dictum est hoc; ego autem dico hoc. viii capitulum

Vide quia super montem discipuli tantum dicuntur ascendisse ad Ihesum. Descendente autem eo de monte secutae sunt turbae multae eum. Certe quia mons est virtutum fastigium tam excelsum et arduum, quod ascendere cum ipso turbae non possunt vel peccatis gravatae vel curis mundialibus oneratae, nec possunt imitari Christum in sublimes audire sermones qui dicuntur in monte, sed soli discipuli qui a passionibus vitiorum liberi sunt, qui curis mundialibus onerati non sunt, sed quasi liberi et expediti ad Christum accedere possunt, facti imitatores eius in omnibus vel sublimiores sermones ipsius possunt audire. Et cum descenderet ad humilia de altitudine praedicationis Christi in infirmitate

homines sequi eum non poterant super mon-
tem; tunc secute sunt eum turbe multe.
Ecce leprosus. Marcus quidem, Lucas quidem et mat-
theus statim in primis posuit demoniacum
curatum. Secundo autem loco mulie-
rem cognatam in infirmitate febrium libe-
ratam, ea videlicet ratione quia maior dei
cura est de salute anime quam de carnis. Pri-
mum quidem quia dignior est anima quam caro.
Anima enim sine carne vivere potest; caro autem
sine anima vivere non potest. Secundo autem quia in omni
peccato prius anima peccat, postea caro.
Nam nisi anima prius consenserit victa, numquam caro
potest peccare. Caro quidem concupiscere potest
malum, peccare autem nisi anima illi consenserit
non potest, quia caro in potestate anime est, non anima in
potestate carnis. Ideo ergo necessarium fuit ut que
prius ceciderat anima resurgeret. Deinde anima
liberata a potestate diaboli carnem suam liberare
potest a peccato. Caro autem salvata ab infirmitate
animam liberare non potest a peccato. Sed magnifica e-
venit quia voluntas omnes spiritus impug-
nat mistice disciplinam. Hic autem ma-
theus statim leprosum posuit mundatum in mis-
terio carnis. Quod ergo preteriit rationem quam
alii evangeliste tetigerunt, non sed habundanter
eam exposuit. Pro eo enim quod illi posuerunt de-
moniacum curatum in misterio anime, iste
pro salute anime posuit Christum docentem
in monte, quod alii non dixerunt. Nam sicut effu-
gato immundo spiritu liberatur anima de potestate
peccati quod fit per suggestionem diaboli, ita
et verbum doctrine solvit operationem dy-
aboli et animam liberat ab errore. Li-
berat a peccato ceterisque malis que dyabo-
lo suggerente nascuntur. Quia non solum
dyabolo paruit cuius corpus vexatur ab eo,
sed omnis qui facit dyaboli voluntatem penis
vexabitur ab eo. Leprosum autem posuit in mis-
terio carnis sanate. Lepra enim passio
est carnis. Sed ne forte dicat ipse apud
se verba quidem magna et terribilia, sed opera
autem nulla; dicere granditer non est mi-
rum, facere opera granditer mirum est.
Ideo exercitavit leprosum ut mundaret doctri-
ne miraculum precedentibus auctoritate

prestet in verbis mirabilis, mirabi-
lior in opere prestet esse. Ecce lepro-
sus quasi iam paratus descendenti occur-
rit ne forte cito descenderet vel leprosum
mundaret. Lepra enim est peccatum maculans
animarum. Ideo ergo dominus de altitudine
celi quasi de excelso monte descendit
ut lepram peccatorum nostrorum mundaret.
Quare putas iste nunc cito non ascen-
dit in montem ut audiret sermones di-
vinos? Quia lepra erat gravatus et
peccatorum vulneribus ponderosus sursum as-
cendere non valebat. Aut non audisti
prophetam dicentem quos levites videat
esse qui ad ecclesiasticum montem ascen-
dunt? Quis inquit ascendet in montem
domini, aut quis stabit in loco sancto eius? In-
nocens manibus et puro corde. Qui er-
go in malis ambulat non potest
in ecclesiam ascendere, qui mons appel-
latur, nec audire spiritualem doctri-
nam. Et si venit corpore quidem venit,
animo autem non ascendit. Qui autem tam
puro corde non venit, nichil illi pro-
dest quod corpore venit. Et si audit spiritu-
alem doctrinam non intelligit, quia sensus
eius carnalium viciorum lepra est cor-
ruptus. Non enim bonarum rerum potest
sentire saporem quamdiu delectatur in
malis. Quamdiu enim delectat eum malum,
non potest eum delectare bonum. Tunc autem
incipit ei placere bonum cum ceperit ei dis-
plicere malum. Veniens adorabat
eum. Oratio perfecta est fides et confessio,
sicut apostolus ait: Corde creditur ad ius-
ticiam, ore autem confessio fit ad salutem.
Et leprosus fidei opus adorans im-
plevit, confessionem autem in verbis.
Domine si vis potes me mundare. Non
illum petebat quasi artificem hominem, sed
adorabat quasi deum. Qui spirituali medi-
co spiritualem offerebat mercedem. Nam
omnes medici pecuniis placantur;
iste autem solus oratione placatur. Vere
enim nichil est dignius quod offeramus
deo quam orationem fidelem. Quid enim

obtulerimus de nostris oro aut de nobis. Domine si vis potes me mundare non de voluntate domini ad omne bonum parata dubitabat dicens. Si vis. Hoc enim dubitasset non sed de iudicio voluntatis eius ipse enim cum sit bonus nocivam non vult prestare etiam si rogetur nec in omnibus expedit corporalis integritas. Quia ergo nesciebat utrum expediret ei curatio illa. Ideo ambigebat de voluntate ipsius quamvis eam sciret ad omne bonum paratam. Nam credere quidem misericordiam dei homini est fidelis. Scire autem iudicia misericordie eius non est hominis neque fidelis cum constet nec ipsum apostolum potuisse cognoscere cum dominum ter rogaret ut discederet ab eo ille stimulus carnis angelus sathane qui datus fuerat ei ut non extolleretur. Propter quod et dictum est ei. Sufficit tibi gratia mea. Nam virtus in infirmitate perficitur. Ac si dicat credo quod quidquid bonum est vis. Ignoro autem si michi bonum est quod desidero. Hoc autem plane non dubito quod si michi bonum est et tu vis. Hic ergo sermo non dubitantis est ostendit de natura eius sed ignorantis iudicia misericordie eius. Extendens manum suam tetigit eum quia in lege erat ut qui tangeret esset immundus utique ad lepram tetigit lepram non quasi servus legis sed quasi dominus. Nam lex legislatori subdita est non legislator legi. Qui ergo solvit legem litteram quidem legis solvit propositum autem legis non solvit sed magis addidit dignitatem. Si enim lex facere potuisset ut lepra non sordidaret tangentem numquam iussisset hominem ut non tangeret lepram. Ideo ergo iussit non tangere lepram quia non potuit facere ut lepra non sordidaret tangentem. Iste ergo qui tangens lepram sordidatus non est non egit contra legem sed amplius fecit quam lex iubebat. Quia non solum sordidatus non est a lepra sed adhuc ipsam lepram mundavit. Non est credibile ut dicatur sordidatus esse a lepra qui ipsam lepram mundavit. Lex enim ideo non vetuit tangere lepram ut ne leprosi sanarentur. Sed ut ne tangentes lepram leprosi contaminarent. Iste quia tangens contaminatus non est sed adhuc mundavit amplius fecit quam voluit lex. Tetigit ergo lepram et legis litteram solvit. Verum non lepra corporis sed lepra anime fugatur. Nam infirmitas corporis miseranda est non odienda. Infirmitas autem anime miseranda non est sed odienda. Quia infirmitas corporis non est in nostra potestate ut quando non dominatur super nos aut recedat a nobis. Infirmitas enim anime non tenet nos sed tenetur a nobis. Illa ~~infirmitas odi~~ infirmitas odienda est. Hec miseranda. Ergo rescidit legem non misticam legis non illam quam in corde hominis creando conscripsit sed quam dictavit in libro cum populus vitulum adorasset. Non illam de qua dictum est Lex domini irreprehensibilis est convertens animas sed illam de qua dictum est. Lex iram operatur. Ubi autem non est lex nec prevaricatio. Quos enim digna erat servare qui meruerunt pena merito placata rescidit quod irata dictavit. Nam si lex sublata non fuisset numquam spiritualiter leprosos sanaret quia omnis qui sub lege vivit est leprosus. Volo mundare. Et confestim mundata est lepra eius. Non ergo quasi tacta est lepra recessit sed ex quo iussa est ut recederet. Quia non propter effugationem lepre tetigit eum sed ut solveret legem. Alioquin quantum ad lepram sufficiebat sermo tantummodo sed neque sermo necessarius erat sed sola voluntas ergo voluntas facta est propter leprosum verbum autem propter spectantes. Nam si tacite eum curasset assistantibus certa ex parte qui sciret poterat eius virtute sanatus est. Quod preceptum sanitatis est iussit. Hoc quod dicit volo voluntatis indicium eius est aspiciens ad hoc quod dixit ei vis. Quod autem dixit mundare potestatis est preceptum pertinens ad quod dixerat ille potes. Et ait ihesus. Vide nemini dixeris sed vade et ostende te sacerdoti et offer munus quod precepit moyses in testimonium illis. Non sit intelligendum quia hoc moyses precepit in testimonium illis. Non dixit vade

ostende te sacerdotibus et nemini dixeris. Oz primo nemini dixeris et vade ostende te. Ideo enim semper iubet illum tacere secundum quod diu non ostendat se sacerdotibus ne forte si aliquid alicui nunciaret de verbo. In verbo audirent sacerdotes et occasionem habentes livoris propter odium et invidias Christi expellerent eum de templo qui leprosum non recipientes mundatum. Ideo enim iubet offerre munera ut si postmodum vellent eum expellere diceret eis munera qui a mundato accepistis. Et quomodo me qui leprosum expellitis. Si leprosus adhuc fui munera accipere non debuistis quasi a mundato. Si autem mundus fui suum repellere non debetis qui leprosum. Eadem aliter omnia opera curationum Christi habent in se misteria dispositionum dei absconditarum. Ideo corporalia quidem curationum eius quo in illorum fuerunt tunc et modo sunt nostra spiritualia iam corporalia nostra tantummodo. Igitur hic leprosus qui post tantummodo verba doctrine confestim quasi iam preparatus accessit ad curam in figura fuit ipsi mundari de cursu quidem consistentis qui populus erat audientis verbum quod dominus fundat sursum et credentis et adorantis et amplectentis. Omnis enim qui verbum dei adorat estimans tamquam esse divinum et complectitur illud corporis affectum sine dubio et verbum dei attingit animam eius. Fieri enim possibile est ut anima quando amplectitur verbum non attingatur a verbo. Cum autem tetigit eum verbum a lepra infidelitatis eam emundat secundum quod scriptum est. Et vos mundi estis propter verbum quod locutus sum vobis. Et Petrus in actibus apostolorum mundans inquit corda eorum per fidem. Propter quod apostolus qui in lege hausterat degenerat et gratiam mundum erat expertus de potencia eius quidem firmiter credidit secundum tradicionem patrum suorum. Nunc autem dubitantis dicens Si vis potes me mundare. Ita leprosus potentiam quidem dei sufficienter credebat misericordiam autem eius non satis aperte. Propter quod et dominus cognoscendi potentiam Christi secundum legem

tur Christi. Quia dyabolus in peccatoribus sedens
instigat eos per deserta facinorum scilicet
per fornicationes per avaricias. Christus
sedens in sanctis dirigit eos per plana ius-
ticie scilicet in castitate in humilitate. Ergo
equitatus dyaboli precipicium est. Equitatus
autem Christi salus secundum Abacuc dicit in can-
tico suo ad Christum ipsum qui ascendens su-
per equos tuos ut equitatus tuus sani-
tas est. Ergo induxit pullum in tem-
plum ut gentes iudeis coniugaret ut ad-
impleat quod Iacob benedicens filium suum
Iudam prophetavit: Alligans inquit ad vi-
tem pullum suum. Que est illa vitis Iude-
a que de Egipto translata est in oriente plan-
tata. Et secundum prophetavit Noe de filiis su-
is: Benedictus filius meus Sem. Dilatet
deus Iaphet et inhabitet in tabernaculis
Sem. Sem enim erat pater iudeorum. Iaphet
autem pater gentium qui per Christum ingressi sunt
in tabernaculis iudeorum. Euntes autem
discipuli fecerunt sicut precepit eis Ihesus
et adduxerunt asinam et pullum. Cum
euntes apostoli solverunt asinam alienam
misterium quidem fuit illorum, virtus
autem et auctoritas Christi. Nec enim potuis-
sent tollere iumentum alienum ab illo
domino qui eos non cognoscebat cuius essent
nisi invenientes spiritus Christi cor domini eius
preparasset ad dandum. Ergo quod apostoli

solverunt iudeos et vel eorum de vinculis
[illegible]. Ipsi ma quidem facie eorum vi-
detur opus. Retenta autem virtus
fuit et gratia Christi. Nec enim a Christo duo-
decim constituti totum mundum ligatum
sub peccato dyaboli solvere potuissent nisi
secundum gratiam Christi confregisset vincula tenui-
ti. Et imposuerunt super eum vestimen-
ta sua et eum desuper sedere fecerunt.
Vestimenta sunt precepta divina et gratia
spiritualis. Sicut enim turpitudo nudi-
tatis vestimento tegitur sic mala na-
tura criminis nostre preceptis et gratia divi-
na teguntur. Dicit enim homo naturaliter
non solum peccator est sed eciam totum peccatum
dicente apostolo: Eramus natura filii ire
sicut et ceteri. Vix et Adam ideo se videt nu-
dum esse peccatorem et ideo foliis ficu-
um mandatur assumere leges recoperi-
re et meditare suam et alii alibi pro-
mittens deus iusticiam suam et gra-
tiam ablaturum de gente iudea sicut
dicit dominus per Ozee prophetam: Et transfe-
ram vestimenta mea et lineamina
mea et ostendam gentibus turpitudinem
tuam. Ergo imposuerunt vestimenta sua
super eos id est mandata et gratias que
ipsi acceperunt a Christo super iudeos et
gentiles imposuerunt eorum in crederent.
Nec enim requiescere in eis potuisset
Christus nisi mandata eius fuissent in eis.
Plurima autem turba vestimenta sua
sternebat. Alii cedebant ramos
de arboribus et sternebant in via. Vi-
delicet ut vehemente iumento cal-
carentur vestimenta sunt mandata sed
doctrinis frondes autem spem tenent
pietatis. Cum ergo mandata legis et
spes iudaice religionis christianis
fuerit conculcata in via eorum in Christo
ideo turba illa sub pedibus iumenti ster-
nebat in via. Et vide quam super iu-
mentum quidem apostoli posuerunt iusti
vestimenta sua sub pedibus

iumenti cetera turba vndique q(ui) i(n) ma-
datis quid apostolorum sternuntur quid
christianis adornantur legis autem man-
data genelant. Quotienscumque enim
circumcisionem spernimus sacrificia in-
decorum et nichilo estimamus et certe
conuertimus iudices nudatas vestibamus.
Vestimenta indecorum quibus ipsi induere-
bantur nos qui sumus ex gentibus sub
pedibus nostris calcamus. Alius autem sit quod
vestimenta magis posuerunt super asi-
nam apostoli sunt ceterique doctores. Vestime-
nta autem sunt decus et ornamenta gratie.
gratiam quam christus accepit a patre de-
dit discipulis suis. Discipuli autem
accipientes eam a christo dederunt eam
gentibus ut delectabiliter christus sede-
ret in eis sicut ipse dicit Et ego gloriam
quam michi dedisti dedi eis ut sint v-
num sicut et nos vnum sumus. Turbe autem
que vestimenta sternebant in via crede-
ntes erant ex circumcisione qui gloriam
quam habebant ex lege videntes christum
deiecerunt in terram semetipsos humi-
liantes et cum apostolo paulo dicentes
Secundum iusticiam que ex lege est conuersa-
tus sum sine querela. Sed que fuerunt michi
lucra hec estimaui propter christum detri-
menta et arbitror stercora esse ut
christum lucrifaciam. Quid est autem aliud
iusticiam legis terre coequare ante
sublimem et gloriosam. Alii autem ramos
de arboribus precidebant frondentes
ipsi erant credentes et eruditi docto-
res qui ex prophetis accipientes exem-
pla diuina de christo qui de arboribus sunt vire-
ntibus et numquam folia verborum suorum
dimittentibus. Ramos frondentes quasi pe-
des sub iugalis ipsi sternebat ut per ea
exempla qui ramos virentes sine
offendiculo ambularet per viam prophetis
donec introiret in sanctuarium dei.
Turba autem que precedebat et que sequebatur
clamabat dicens. Osanna filio dauid

Priores ipsi mirabilium eius que osten-
dit eis et sanctitatum quas prestitit
eis exultantibus cordibus sine ante et
retro clamabant Osanna filio dauid. Qui
precedebat priores erant scilicet patriar-
che et prophete ceterique sancti qui ante aduentum
christi de aduentu eius predixerunt et cog-
nouerunt. Sequentes autem minores scilicet
apostoli martires ceterique doctores qui post
ascensum christi de resurrectione eius et as-
censu ut omnibus predicauerunt et predicat
et dominus quibus temporibus fuerunt et in o-
peribus vnus exultatoris spiritus fuit
et illi quidem prophetantes de christo venie-
ro clamauerunt. Benedictus qui venit
in nomine domini. Hii autem laudantes cla-
mauerunt de aduentu christi iam completo
Osanna autem quidam interpretantur gloriam
alii redemptionem. Alii saluifica siue
saluum me fac. Si autem et gloria illi debetur
et redemptio ei conuenit qui omnes redemit
et precioso sanguine suo effusione sal-
uauit. Et cum intrasset ihesus
iherosolimam commota est vniuersa ciuitas
dicens Quis est hic/ Merito commoue-
bantur videntes rem mirabilem homo
laudabatur qui deus et deus laudabatur in
homine dicebat enim Osanna filio dauid
Puto autem quod nec ipsi qui laudabant scie-
bant quod laudabant sed spiritus subito intrans
suos in eos nescientes ad veritatem verba fun-
debant. Et intrauit ihesus in templum
dei. Hoc exemplum erat operum boni filii ut ve-
niens ad domum inueniret patris et illi ho-
norem redderet qui genuit eum. Vt tu imi-
tator christi factus cum in aliquam ingressus
fueris ciuitatem primum ante omnem actum ad
ecclesiam curras. Hoc exemplum boni medici vt
ingressus ad infirmam ciuitatem salua-
dam primum ad originem passionis in-
tenderet. Nam sicut de templo omne bonum
egreditur. Sic de templo omne malum proce-
dit. Quemadmodum medicus qui primum ingre-
ditur ad infirmum statim de stomacho

nō omē

hō pⁱ dz nō
templo

Cum intrasset ihesus iherosolimam commota
est vniuersa ciuitas dicens. Quis est
hic id est populi autem dicebant. hic est ihesus
propheta. a nazareth galilee. Et intra-
uit ihesus in templum dei. et eiciebat
omnes vendentes et ementes in templo
et mensas nummulariorum et cathedras
vendencium columbas euertit.

eius interrogat et eum componere festinat quia
si stomachus sanus fuerit totum corpus vali
dum est. Si autem dissipatus fuerit totum corpus
infirmum est. Ita si sacerdotium integrum fu
erit tota ecclesia floret. Si autem corrup
tum fuerit omnium fides marcida est. Cor autem
et stomachus sacerdotes intelliguntur
quia in rebus spiritualibus per eos totum corpus
gubernatur. Et sicut cor sapientie locus est ita
sacerdotes receptacula sunt sapientie spiritua
lis. Ysaie primo dicitur de regibus quid. Omne
caput in dolore. De sacerdotibus autem omne cor
in tristicia. Sicut enim stomachus accipiens
cibum coquit eum in seipsum et per totum corpus
dispergit. Sic et sacerdotes accipiunt scilicet
sermones per scripturas a deo et coquentes
eam in se cogitantes tractantes et meditantes
apud se sensum per populo subministrant. Et sicut
stomacho subministranti unumquodque mem
brum suscipit nutrimentum et convertit in
se secundum naturam suam reputata quod suscep
serit totum fit sanguis. Quod autem suscep
sit bilis efficitur totum. Quod vero ascendit
in pulmone flegmatica fuerit. Quod autem
in mamillas totum efficitur lac. Sic sa
cerdotibus in ecclesia loquentibus verbum omnes
suscipiunt. Unusquisque autem convertit illud
secundum cor proprium. Ita ut unum eundem verbum
in cordibus quidem rectis procedit ad vitam.
In cordibus autem perversis suscitat ira
cundiam quasi bilem. In aliis autem odia
quasi flegma nocivum et expuendum.
Videte ergo sacerdotes quomodo vos compo
natis in verbo et opere. Quoniam sicut in corpore si
aliquod infirmatum fuerit membrum non om
nino languet et stomachus. Si autem sto
machus languerit omnia membra eve
niunt infirma. Sic si aliquis christiano
rum peccaverit non omnino peccant et sa
cerdotes. Si autem et sacerdotes fuerint in
peccatis totus populus convertitur ad peccandum.
Ideo unusquisque christianorum pro suis peccatis
dat rationem. Sacerdotes autem non pro suis
tantum sed et omnium peccatis daturi sunt
rationem. Videt arborem pallentibus fo

liis et intellexit studiosus agricola
quia lesuram in radicibus habet. Sic et vos
quemadmodum cum videritis arborem palle
tibus foliis marcidam intelligitis quia
aliquam culpam habet circa radicem. Ita
cum videritis populum indisciplinatum et ir
religiosum sine dubio cognoscite quia sacer
docium non est sanum. Et eiciebat ven
dentes et ementes de templo. Crisostomus
quia homo mercator nunquam potest placere deo.
Et ideo nullus christianus debet esse mer
cator. Quod si voluerit esse proiciatur de ecclesia
dei dicente propheta: Quia non cognovi nego
ciaciones introibo in potentias domini. Quem ad
modum enim qui ambulat inter duos in
imicos volens ambobus placere et vo
lens se commendare sine maliloquio
non potest esse. Necesse est enim ut et isti male
loquatur de illo et illi ille male lo
quatur de isto. Sic qui vendit et emit sine
periurio non potest esse. Necesse est enim ut hic
iuret quia non tantum valet res quam ven
dit sed nec est stabilis substancia eorum.
Talium enim qui ipsis viventibus est peri
tura quia a malis heredibus dissipanda
est vel ab extraneis et inimicis eorum
devoranda est. Non potest ad bonum proficere quod
congregatur de malo. Quemadmodum si cri
brum ut aliquam speciem cribram in cri
bro dum huc et illuc iactas cum omnia
grana paulatim cadunt deorsum et in fi
ne cribri nichil remanet nisi stercus
solum. Sic substancia negociatorum dum vadunt
et veniunt inter emptionem et vendici
onem minuuntur et in novissimo nichil
illis remanet nisi solum peccatum. Ergo
ostende nobis quis est negociator. Om
nes enim homines negociatores vi
dentur. Ecce qui arat comparat boves
ut spicas vendat. Et qui operatur lignum
comparat lignum ut utensilia vendat.
Et lecticionarius comparat lenteami
na ut vendat. Et fenerator mu
tuat pecunias ut tollat usuras.
Et quomodo antiqui iudei et apostoli
artificia laudaverunt quia magis

Marginalia (left margin, partly cut off):

...ne

...o predicatio dim
...de cadit in
...cent

...g et mitre
...eld

Marginalia (right margin):

nota de mercatoribus
quod non merentur placere deo

nota

nota quod bona male
acquisita dissipantur

nō de artificio

sistit sicut petro scilicet et paulus fuit sutor tabernaculorum et ipse mandat diuites curent et mundis operibus bonis prestare et apostoli quidem secundum legem quosque artifices fuerunt. Ego ostendam quod non negociator est qui secundum istam regulam non fuit. Intelligas omnes negociatores esse sicut quicumque rem comparat non ut ipsam rem integram et inmutatam vendat sed ut opus faciat ex ea. Ille non est negociator quia materiam operandi sibi comparat unde faciat opus. Ille non rem ipsam vendit sed magis artificium suum. Eciam quando rem vendit eius estimatio non est in causa rei sed in artificio operis. Illa non est mutacio verbi gratia faber comparat ferrum ut faciat ferramentum sed ferrum illud non tantum valet quantum ferramentum sed propter opus ferramenti appreciatur. Qui autem comparat rem ut ipsam illam integram et inmutatam

vendendo

vendendo lucretur ille est mercator qui de templo dei eicitur. Unde super omnes mercatores plus maledictus est usurarius. Si enim rem comparatam vendit mercator est et maledictus. Quanto magis maledictus erit qui non comparatam pecuniam sed a deo donatam sibi dat ad usuram. Secundo quia mercator dat rem ut iam non illam repetat. Iste autem postquam feneravit et sua [illegible] repetit et aliena tollet cum suis. Aliquis autem dicit aliquis qui agrum locat ut agrariam accipiat vel domum vel possessiones accipiat non est similis qui pecuniam dat ad usuram. Absit primum quidem quoniam pecunia non ad aliquem usum disposita est sed ad precium emendi vel vendendi. 2o qui agrum habet arat eum et fructum accipit ab eo. Omnis qui domum habet usum mansionis capit ex ea. Ergo qui locat agrum vel domum usum suum dare videtur et pecuniam accipere et quodammodo commutare videtur lucrum cum lucro. pecuniam autem si in sacculo

reposita teneas apud te nullum usum capies ex ea. Tercio quia ager vel domus utendo veterascit. pecunia autem cum fuerit mutuata nec minuitur nec veterascit. Et mensas nummulariorum subuertit. Pecunia spiritualis homines intelliguntur quia sicut nummus habet charagma cesaris sic homo habet ymaginem dei. Et quemadmodum solidus qui non habet charagma cesaris reprobus est. Ita homo qui non ostendit in se ymaginem dei reprobus estimatur. Unde ysaias dicebat ad iherusalem. Pecunia tua reproba. caupones tui miscent vino aquam etc. Ideo quia mensas nummulariorum euertit significans quia in templo dei non debent esse nummi nisi spirituales idest qui dei ymaginem habent et non illi nummi idest non illi homines qui terrenam ymaginem portant idest dyaboli. Racio sicut homo bonus in se dei ymaginem ostendit etc. et homo malus ymaginem dyaboli habet. Aut certe mensas spiritualiter dicit sacerdotum nummulariorum idest sacerdotum sequitur euersio et iam mensa eorum pascit in eis succedente nouo testamento post. Cathedras vendencium columbas euertit. Loquitur et si non semper cum ipso facto quod faciunt in templo nichil columbe venales ex quo una columba [illegible] descendit in templum corporis mei. Si enim in sacrificio columbarum primo deus placiturum est deo templum. Idest in spiritu sancto. Dixi vobis per prophetam. Non accipiam de domo tua vitulos neque de gregibus tuis hircos. quoniam mee sunt omnes fere siluarum iumenta in montibus et boues. Cognoui omnia volatilia celi. Immola deo sacrificium laudis. Quia non hostias volo sed corda. non sacrificia sed fidem. Iterum dixi vobis per eundem prophetam. Afferte domino gloriam et honorem. Et si vere vultis in templo eius consistere. Tollite hostias et introite in atria eius. Tol

lite thauros de templo quia unus thaurus
est offerendus de grege vinuso de
quo Jacob dicebat armisas levitas
scilicet sacerdotes qui in sua ira occiderunt
hominem et in furore suo snervaverunt
thaurum. Tollite oves de templo quibus
bus agni occiduntur. Quamvis enim prophetas
admonuerat eos ut hostias de templo
tollerent vitulum et corda sua contri
bula et humiliata offerrent. Illi autem
non obaudierunt. Iste autem tamquam ira
tus super inobediencia eorum propria eos
virtute expellit ostendens per hoc
quod ipse est qui per prophetas admonuerat
eos de hostibus expellendis. quod y
Scriptum est enim domus mea domus o
racionis vocabitur. Vos autem fecistis
eam speluncam latronum. Glosa hic. lu
cra talium sacrificiorum fecerunt domum
orationis speluncam latronum. Et ac
cesserunt ad eum ceci et claudi in tem
plo et sanavit eos. Ut qui illi ubi cla
mabant iste sacerdos factis ostenderet
quod testis vocis illorum sanavit cecos
ut ceci videntes cecos aspicientes
viderent et ipsi et istorum illuminacio
corporalis fieret illis spiritualis lumina
cordis. Curavit et claudos ut clau
dicantes in fide currerent ad Christum
ut meliores pedes illi acciperent
videntes quod isti accipientes. Viden
tes autem principes sacerdotum mirabi
lia que fecit et pueros clamantes ad
Christum et dicentes Osanna filio David
indignati sunt et dixerunt audis quid
isti dicunt. Quibus ipse respondit Et vos
videtis quid ego facio. Illos loquentes
attenditis me loquentem non consideratis.
Ego enim factis illorum voces inter
columpna pretor. Quemadmodum ~~columpna~~ in domo
si steterint rectam accepto pondere am
plius confirmatur. Si autem modicum
obliqua fuit accepto pondere non

solum confirmatur sed amplius vadit
ad latus. Sic et cor hominis si rectum non
fuit. Videns opera alicuius viri iusti
vel audiens non solum confirmatur sed
magis ad invidiam excitatur et magis
pervertitur. Hoc modo sacerdotes sa
nitates egrotancium videntes
voces puerorum non solum non crededo
runt in Christo sed magis excitati sunt con
tra eum dicentes. Audis quid isti di
cunt. Veritas vos audietis quid dicunt.
hec enim sanitates egrotancium et
vocibus clamancium testimonium dat
quod verum sit quod dicitur. Iste voces
clamancium de sanitatibus egroto
rum testimonia reddunt quod magna sunt
que fiunt. Si sanitates egrotorum me
cum de Christo interrogate clamancium
cium voces. Si voces clamorum men
cium interrogate egrotancium sa
nitates. Et ut quid quem arguitis
que tanti testes offerendum. Simul
te clamat consenciente clamantibus
et credite Christo. Si autem iniuste repre
hendite magis illos iniuste dicentes
ut quod Christum culpatis. Ad eum culpatur
Christus si intelligunt isti quod dicunt.
Ihesus autem dixit eis. Numquam legistis
Ex ore infancium et lactencium per
fecisti laudem. Tamquam si dicat. Est
a culpa mea quod isti clamant. Numquid
mea culpa est quod ante tot milia annorum
hoc futurum propheta predixit. Sic eorum
dam quod superius dixit. Turba autem
que precedebat et que sequebantur clama
bant. Intelligimus quod infantes di
cebant non etate sed simplicitate cor
dis. Infantes autem lactentes nec
intelligere aliquid nec laudare possunt.
Lactentes autem dicebat ~~qui~~ quasi
lactis suavitate ira mirabilium de
lectacione excitati clamabant sicut
scriptum est. Si exaltavi animam meam
sicut ablactatus est a matre mea sua

lac enim dicitur opus miraculorum. Panis autem perfecta doctrina iusticie, sicut ait apostolus: Et verbum meum et predicatio mea non in persuasione verbis sed in ostensione spiritus et virtutis. Item post modicum sic dicit: Et ego non potui vobis loqui quasi spiritualibus sed quasi carnalibus, sed quasi parvulis in Christo. Lac vobis potum dedi non escam. Omnis prima inductio fidei id est doctrina simplex lac dicitur, quia sicut lac sine labore et sine opere dencium manducatur et manducantem suavitate sua delectatur, sic mirabilia sine labore videntibus ponuntur sed videntes admiratione delectant et ad fidem molliter portant. Panis autem est perfectionis doctrina superior iusticie quam accipere non possunt nisi exercitati sensus circa res spirituales, quam qui audit necesse habet migrare se certaminibus quibusdam disputationum et meditationum quasi quibusdam dentibus spiritualibus molere. Unde et lex ruminantia animalia voluit esse munda. Illa enim esca doctrine non solum carnaliter suavis est quantum spiritualiter est utilis ad salutem. Si enim infantuli si dederis fragmentum panis quem angustias habet fauces suffocatur magis quam nutriatur. Sic et homini imperfecto in fide et parvulo in sensibus si altiora misteria sapientie volueris dicere, angustiam habens fidem et sensum magis scandalizatur quam edificatur. Et quemadmodum viro perfecto si dederis lac fauces quidem eius delectat, membra autem eius non confortat. In pane enim scriptum est non de lacte qua confirmat cor. Si autem panem manducat non tantum fauces eius delectat quantum prestat ei virtutem. Sic et viro perfecto in fide et maturo sensibus si miracula ostenderis delectatur quidem eius pectus, nichil enim proficit ei ad

edificationem sensus ad noticiam veritatis. Si autem verbum sapientie exposueris ei, et racione delectatur et edificatur in fide. Et relictis abiit foras extra civitatem in Bethaniam et mansit ibi. Id est recedendo quia preceperat quos respondendo non poterat, quia malicia non docetur sermonibus sed exasperatur. Malum enim hominem locum dando potes vincere quam respondendo. Nam si contenderis irracionabile racione placare, et illum non placabis et teipsum subvertis. Et remansit ibi. Noluit in Jerusalem manere de qua iam voluntate recesserat, que in morte domini sui iam manus armatas tenebat, sed magis occisura quam dominum. Sed mansit apud Lazarum et sorores eius, et illic requiesceret corporaliter ubi et spiritualiter repausabat. Regula sanctorum virorum est non ibi querere mansionem ubi sunt clariores viri sed ubi fideliores, nec gaudere ubi epulae larges sunt sed ubi sanctitas floret. Mane autem revertens in civitatem esuriit. Non quasi homo cibum sed quasi deus salutem humanam; non quasi indigens querit magis iusticiam, sed quasi misericors magis desiderans salutem. Si autem quasi homo esurisset cibum, numquam mane esurisset. Sed ideo adhuc mane esuriit quia iusticiam esuriit et aliorum salutem. Multo quidem veniens ad gentem [illegible] iudeorum Christus esuriebat, cum per tot milia annorum nullum iusticie sue dederat cibum. Mane autem [illegible] iterum quod duodecime hore de qua supra locuti sumus. Videns quod operationes iste seculi huius hore dicuntur et dies, et considerans per singula secula quasi et mane invenies fici et vespere. Et sicut mane super Adam quem creavit cum deus et dedit ei mandatum iusticie quasi lucem. Deinde magis ac magis hominum iniquitate crescente et quasi

nocte veniente iustitia quasi lux reces-
sit ab eis. Item tercium est alterum mane
quando dominus veniens ad Noe propter repara-
tionem seculi ad eum et ad filios eius po-
suit testamentum iustitie quasi lumen. Sed
crescente hominum iniquitate quasi nocte pre-
valente recessit sol ab eis totus dominus
cum luce iustitie sue. Item revertens re-
duxit tertium mane eligens Abraham
et ostendens ei quasi lumen notitiam ve-
ritatis ponens testamentum ad eum cir-
cumcisionis et fidei. Item prevalente ini-
quitate et quasi nocte veniente recessit
ab eis quando filii Israel per idola Egiptio-
rum vivebant. Nunquam enim afflixissent e-
os Egiptii si quantum ad prima facie
lux fuisset in eis. Item rediens quarto
mane apparuit Moysi et educens Israel
de Egipto lucem legis ostendit eis. Item
crescente iniquitate quasi novissima
ducti sunt in captivitatem filii Israel. Re-
vertens iterum dominus reduxit quinto ma-
ne revocans filios Israel de captivitate
restaurans plebem per Zorobabel et per
Ihesum filium Iosedech de certo reparans le-
gem per Esdram prophetam. Item crescente i-
niquitate quasi nocte veniente subtraxit
ab eis dominus misericordiam suam quasi lucem et fa-
ctus est iterum sub pietate. Sexto autem mane
reveniens Christus ad Iudeos et gentes et de-
dit eis seipsum manifestissimum lumen et
iam modo sed videtur crescente iniquitate nos-
trorum quasi nocte veniente recedet a nobis
et aufert gratiam suam a nobis sicut ipse tes-
tatur dicens: Putas cum venerit filius
hominis inveniet fidem super terram. Septimum
autem lumen daturus est nobis cum venerit
reddere singulis secundum opera eorum. Et quo-
tienscumque peccata hominum prevalent excelu-
ditur a se iram dei illius tempus nox
dicitur. Recrescunt autem misericordia

dei prevalens non aspicit nostra peccata
sed visitans homines in bono dies
dicitur visitacio eius. Ut autem scias
de nocte quod sit ante Christi adventum potest
dicit propheta. Ad vesperum demorabi-
tur fletus et ad matutinum letitia.
De nocte autem consummacionis future
ipse dominus dicit: Cum sero factum fuisset
vocavit operarios et reddidit eis
mercedem. Ergo istos sex dies et noc-
tes laboraverunt dicentes: Vade et a no-
bis et revertens ad nos. Vade propter
peccata nostra et rediens propter misericor-
diam suam. Cum autem factum fuisset septimum
mane tunc requiescet in septimo die quoniam
postmodum hominibus sine successione
peccatorum lux iustitie est permansura. Et
semper sol Christus erit nobiscum dicente
apostolo: Rapiemur in nubibus obviam
Christo in aera et sic semper cum domino erimus.
Ideo quod mane revertens esuriit
quod misterium intelligitur post re-
surrectionem eius quando reprobata est syna-
goga et suscepta est ecclesia. Et
videns fici arborem unam secus viam
venit ad eam et nihil invenit in ea
nisi folia tantum. Arbor fici synagoga
est. Nam synagoga propter similitudinem
multorum quia sub uno cortice ha-
bitancium dicta est quasi multorum fidelium
hominum habitancium in una domo sancti spiri-
tus est. De quibus inhabitare facit unanimes
in domo. Synagoga vide ipsam folia fici
que secundum similitudinem magis firma-
ta sunt. Folia autem viduitatis sunt species
sanctitatis in homine absque fructu operum
vita religiosa. Quicumque homo religio-
sus idest arbor ... que fuerit
secundum dei et iustitiam non operatur arbor
est tantummodo folia sine fructu portans
quales sunt nos de quibus prophetavit
apostolus: Erunt in novissimis homines

seipsos amantes cupidi [?] elati superbi parentibus non obedientes voluptatis sue amatores magis quam dei speciem quidem pietatis habentes virtutem autem eius abnegantes quod in fine maledictionis est. quis vero umquam ex illis fructus nascatur sed maledictionem incideris et aruerunt. Secus viam autem est iuxta mundum ideo nullum in sedeis [?] fructum facere potuit. idem est qui iuxta mundum vivere [?] secundum mundum. Audivimus enim via est communis per quam omnes transeunt quia nascitur sicut exposuimus in parabola seminantis. Utique [?] homo fidelis est arbor racionabilis iuxta mundum vivit numquam potest in se iusticie fructum tenere. Unde dicebat paulus ad thimotheum: Nemo militans deo implicat se negotiis secularibus ut ei placeat cui se probavit. Ut quod non potest fructus suos tenere. transeuntes enim et recurrentes demones per iusticie ipsius per viam commigrantes per mundum filium [?] eripuerunt eos. Quod enim irrationabilis terra quia secus viam posita est superconculcatur et dura est et semina doctrine in sulcos sensus sui non recipit sed volatilia spiritus rapiunt ea. Sic et omnis arbor racionalis iuxta viam posita numquam potest esse fructifera. id est homo secundum mundum vivens numquam potest evadere a peccato ut sit iustus. Frequenter enim transeuntes spiritus ipsas gemmas iusticie excuciunt de ramis eius antequam aperiantur in floribus. quosdam autem ipsos flores iam apertos excuciunt quosdam etiam ipsa poma formata deponunt. Rami enim sunt anime sensus spirituales [?] de quibus omnia bona procedant. Gemme autem sunt bone cogitationes cohaerentibus in sensibus. aperti autem flores sunt bone voluntates. Sicut enim gemmis flores procedunt ita bonis cogitationibus nascitur bona voluntas. Sicut autem flores procedere non possunt nisi

fuerit gemma sic bona voluntas procedere non potest nisi processerit in homine cogitatio bona. Bona autem cogitatio est primus desiderare que bona sunt. Iste voluntates bone suaves sunt apud deum quemadmodum odoriferi flores. Unde salomon dicebat: fili fuga te a cogitationibus que sunt sine intellectu. Poma autem sunt opera perfecta iusticie. Sicut enim ex floribus poma formantur ita ex bonis voluntatibus opera perfecta nascuntur. Sicut autem ante poma flos procedit ita ante opus bonum voluntas bona. Omnis itaque homo qui iam nec cogitat que bona sunt ipsas gemmas iusticie de ramis idem de sensibus eius transeuntes demones excusserunt. Qui autem cogitat quidem bona et proponit facere quod posuit ille poma producit [?]. Qui si iam perseveraverit et opere perfecta perfecerit iusticie opera postea perdiderit illis sensibus iam perfecta poma demones excusserunt. Sicut difficile est arborem iuxta viam positam fructus suos usque ad maturitatem servare. Sic difficile est virum fidelem iuxta istum mundum vivere et intactam eius iusticiam immaculatam usque ad finem tenere. Recede de via et plantare in loco secreto ut nec mundus teneat aliquod tecum nec tu cum mundo. Et illi ait: Numquam ex te fructus nascatur in sempiternum. Non quia maledixit arborem ideo fructus non dedit sed quia non dabat ideo maledixit ei ut nec folia ipsa proferret. Ideo non ideo iudei perdiderunt iusticiam quia eos deus dereliquit sed ideo dereliquit eos quia iusticiam non afferebant quia nec ipsa species pietatis esse [?] a domino. Et dico [?] melius est ut nec sit arbor quam ut sit quidem et secundum genus suum fructum non afferat. Sic melius est ut nec sit aliquis in religione positus quam sit quidem et gustatorem non habeat secundum deum. Qui enim timet non est. Si tibi non obaudit non doles. De illo autem qui intus [?] doles quia timens est

et increpuit te et abijs sunt. Et demon
tum de alieno et apte dyaboli sine mente
irascitur quantum de suo dyaboli faciente volunta
tem. Propterea in fine seculi ipse demittet o
perationem erroris in tales sed quottidie
sic videmus ut credant mendacio qui non cre
diderunt veritati sed consenserunt iniquitati
ut videntur omnes. non enim vult ut videatur
ipsius esse quod vere non sit eius. Uxor meretrix me
lius est ut nec sit viri sui quam ut vitia illius
male adulando contineat eum in zelo. Et
arefacta est continuo ficulnea. Et videntes
discipuli mirati sunt dicentes quomodo continuo
aruit ficulnea. Mirati sunt quia eius sermo
quasi flamma descendit ad radices eius. Apostoli
qui videntes lazarum vinctum et putridum
iam venientem ad vitam sermone solo quid
miramini si videtis arborem solo sermone
siccatam. Qui enim potest vitam donare ille potest et
vitam auferre. Qui enim vitam auferre non potest
nec vitam dare potest. Respondens autem ihesus dixit A
men dico vobis si habueritis fidem et non
hesitaveritis non solum de ficulnea facietis
sed si monti huic dixeritis tolle te et
iacta te in mare fiet. Monti illi invisibi
li qui arbores non fructuosas producit
ut loca petrosa et aspera ut precipitia pen
dentia et carceres non hominibus ad habi
tandum apte sed bestijs ubi nulla est pla
nities ad requiescendum in pace sed as
censionibus et descensionibus plenus est
Demonibus in dyabolo stant alij ascendunt
alij descendunt qui modo est dictus non prop
ter altitudinem dignitatis sed angelice
sed propter superbie inflationem non propter
firmitatem virtutis sed propter inmobilem
et incorrigibilem suam maliciam. Tolle te
de medio sanctorum ubi fides ubi planici
es pacis ubi caritas ubi speciosi fon
tes doctorum ubi prata florentia ora
tionum ubi volucres sancti assidue verna
tes cantica delectantes et mitte te
in mare id est in isto mundo ubi aque
sunt salse et non procedentes ad desiderium id est

ipsi nunquam non proficientes ad gla
di in quem omnia dulcia flumina spi
ritualium gratiarum currunt et salsita
tem eorum mutatio non potest sed magis
illorum salsitas corrumpit in se dulce
dinem fluminum venientium in hunc
mare mundi ubi sunt diversi pisces
et spirituum diversorum periculosa certa
mina. Ideo assidua est in mari tem
pestas. Sic in isto mundo persecutio
fluctuat ubi nunquam tranquillitas sed
ascendentibus undis ad repercussionibus
impellentibus et impulsis invicem se per
cuciunt aque et invicem se frangunt
et confringunt invicem se confringen
tes quemdam irrationabilem sonum dant
Sic semper homines occasionibus huius
mundi ex ipso mundo nascentibus quasi
undis invicem se comedunt et impug
nant ex se quasi insanas pelagi vo
ces dimittunt sicut dicebat apostolus
Omnis clamor et ira tollatur a vobis
mitte te in mare ubi sonus confusus
ubi inconstancia eterna ubi infatiga
bilis generatio undarum ubi timor
est et semper mortis lux ymago. Et
omnia quecumque pecieritis in oratione creden
tes accipietis. Gratia quidem fidei deus
donat cum homines eam mereantur et
faciunt forte. Fides autem facit abs
tinencia fructum malorum et operibus bona
rum. Quanto magis te abstinueris a ma
lo et secutus fueris bonum tanto amplius
fidem tuam fortem facies. Quanto autem mi
nus abstinueris a malo et neglige
ntius feceris bonum tanto magis fidem
infirmam habes. Et cum venisset in
templum accesserunt ad eum docentem
principes sacerdotum et seniores populi
dicentes in qua potestate hec facis et quis
dedit tibi hanc potestatem. Quem autem omni
die videant sacerdotes christum cum
magna gloria procedentem in templo sic
ut ipsi undique voce angelica cla
marent Osanna filio david qui

ingrediebatur. Ut homo laudabatur
ut deus quia colebatur in templo dominus
stabat in bove quem malitia sacer-
dotum quasi hominem blasphemabat.
Sic innocentia puerorum qui deum
exaltabat quantum autem glorificaba-
tur tantum sacerdotes invidia torque-
bantur et illius honor illis fiebat in
tormentum. Sicut enim est res bonorum in
sua virtute laudatur, mali autem
in sua invidia cruciantur. Itaque non
sufferentes in pectore suo invidie
stimulantis ardentis ardorem
prorumpunt in vocem. In qua potestate hec
facis. Vide invidia quia sibi semper est inimi-
ca. Sicut enim qui invidet sibi quidem ignomi-
niam facit, illi autem cui invidet gloriam
parat. Ipse vituperabilis invenitur
de sua invidia. Ille autem laudabilis
demonstratur de sua virtute. Quia invidia
sibi soli nociva est. Alteri autem non so-
lum non generat sed adhuc magis commendat.
Venerunt ergo ad eum qui ad percutiendum
in templo et dum non invenerunt culpam
criminantur beneficium dicentes. In
qua potestate hec facis. Corpus sanum aliquo-
tiens percutitur et non facile vulne-
ratur. Corpus autem debile quod ab iniquis
tactum habet lesuram etiam si modice
tactum fuerit citius dissipatur. Sic
animum liberum et integrum non facile
offenditur. Animus vero invidia vulnera-
tum non solum tam ydonea sed etiam le-
vis occasio excitat in dolorem.
Sic et sacerdotes iudei invidentes Christo
dum iustas causas accusandi non
inveniunt circa eum etiam de bonis eius
turbantur dicentes. In qua pote-
state hec facis. Cogitabant in dolore
apud se: nos filii magistri columpne tem-
pli et ecce super illum recumbit tota
ecclesia et nos inventi sumus sine
causa erecti, quod ministerium perdi-
mus et nomen vacuum possidemus.
Nos sumus tacentium sempiterne (?)
qui lingua visibilis et ecce ille re-

sonat in medio templi et nos quasi tacen-
tium qui citharam dissipatam. Nos sumus
patres populi et ille quotidie generat fili-
os. Nos autem steriles sumus inventi
sed non ferentes dicebant. In qua potestate
hec facis dicentes. Quis tibi hanc de-
dit potestatem. Ostenderunt illi quasdam esse
personas que dant hominibus potestatem sive
corporalem sive spiritualem. Tamquam si ita dice-
rent: de sacerdotali familia genitus non
es, senatus tibi hoc non concessit, Cesar non
donavit. Si autem credidissent quoniam omnis
potestas ex deo est numquam interrogassent: quis
dedit tibi hanc potestatem, scientes quod omne
datum perfectum desursum est descendens
a patre luminum. Et quod nemo accipere potest a-
liquid nisi datum fuerit ei de celo. Omnis homo
quomodo se estimat alterum, nec potest ipse me-
lius sentire de illo quam sentit de se. Et-
ce fornicarius neminem estimat castum,
castus non facile de fornicario suspi-
catur. Superbus neminem putat humilem.
Humilis neminem credit esse superbum. Sic
qui non est ex deo sacerdos nullum sacerdotem
putat ex deo. Unde autem putas sibi in-
vicem se sacerdotes oppugnant et per-
sequuntur nisi quia per ambitionem facti
sacerdotes. Omnes tales estimant equa-
les sunt et ipsi. Sacerdos autem qui est secundum
deum omnem sacerdotem timet offendere
quoniam ex deo sit arbitratur quamvis ex
hominibus sit factus. Ecce enim David quamvis
ex hominibus sit factum manifestum sciret
Saulem non esse regem sed deum tamen fregit (?)
sibi in dictum nolebat dicens. Non mittam
manum meam in christum domini. Item Paulus
cum maledixisset sacerdoti Ananie et
audisset quoniam erat sacerdos penitentia duc-
tus respondit: nesciebam fratres quia
princeps erat sacerdotum. Isti ergo scientes
sacerdotes qui multa quidem faciunt signa
non ex potestate dei sed ex potestate contraria
sicut in multis exposuimus locis. Sed blas-
phematores interrogabant. In qua potestate
facis hec. In spiritu dei an in spiritu Belzebub
sicut alibi blasphemantes dicebant.

q(uia) eo hic no(n) eiicit demonia nisi i(n) belze
bub principe demoniorum. Respondens
aut(em) ih(esu)s dixit. Interrogabo vos et ego vnu(m)
q(uo)d si dixeritis michi et ego vobis dico i(n)
q(ua) potestate hec facio. Baptisma iohannis vnde
erat de celo an ex ho(m)i(ni)bus. Ihesus dominus
inuertibile eorum malicia(m) proposuit eis
questione(m) velud cathenata(m) ne veri(tatem)
presentes audiat s(ed) ut i(m)pediti no(n) in(ter)
rogent q(uod) sapiat. Solite semp(er) dic(it) cani
bus z no(n) dicebat ut rursu(m) ingrederent(ur) p(ro)
ceptu(m) q(uo)d ip(s)e posuit. Vnde et(iam) si dix
isset michil p(ro)fuisset q(uod) no(n) potuit senti
re q(ua) lucis sunt tenebrosa voluntas.
Quid p(ro)dest si ceco aliqua pulchritudi(n)e(m)
monstrat. Cecitas aut(em) spiritualis e(st) mali
cia cordis. Vnde aut(em) cecus no(n) p(otes)t aspice(re)
i(n) splendore(m) lucis. Sic no(n) p(otes)t intellige(re)
ho(mo) malignus iusticia pietatis. Sicut e(ni)m
cautus venator bestia(m) (com)prehende(re) volens
cu(m) videt ex vna p(ar)te illius p(re)cipitem
locu(m) ex alia p(ar)te eligit retia vt ex
qua(m)q(ue) p(ar)te exierit a(ut) i(n) retia incidat
a(ut) i(n) p(re)cipicium cadat. Sic et dominus illis
simplici i(n)terrogatio(n)e laqueu(m) posuit vt
si q(ui)de(m) de celo dicerent i(n) laqueum
reprehensionis inciderent. Diceret e(ni)m
eis q(ua)re no(n) credidistis michi. Si aute(m)
de terra dicerent q(ua)si i(n) p(re)cipicium s(ed) i(n) p(er)icu
lu(m) mortis incurrerent ap(u)d p(o)p(u)l(u)m vt la
pidarent(ur). Interrogante e(ni)m oportet
doce(re) temptante(m) aut(em) quoq(ue) m(od)o re(spon)de(re)
et obiectionis illius astucia(m) ro(n)abili
p(er)cussione (con)funde(re) et nolle v(er)itate(m)
ei misterii publicare. Sic e(ni)m alibi
dominus dyabolo cu(m) p(ro)tulisset aduersus eu(m) ex(emplu)m
scripture q(uo)d no(n) intellex(er)at dice(n)s scriptu(m)
e(st) q(uia) angelis suis mandauit de te
z i(n) manib(us) tollent te ne forte offen
das ad lapide(m) pede(m) tuu(m). Non ei dix
it. Non sic intelligit(ur) scriptura illa s(ed) s(ic).
dimisit eu(m) i(n) ignorancia z taliter cu(m) ma
nifestiori (con)fudit ex(emplo) ut et auctoritate(m)
eius (con)funderet et p(ro)phetica misteria

no(n) reuelaret. Et respondens dixerunt
ih(es)u nescimus. Ait ille et ait eis. Neq(ue) ego
vobis dico i(n) qua potestate hec facio. Sed
non dixit nec ego scio. Deus e(ni)m sicut
ut homines et denegasset ut mali. Ego
aut(em) scio ut deus et ego no(n) dico quasi
iustus i(n)dignus. Sana medicina si no(n)
sunt que decipiat ipsa si metuimus.
Sic et veritas si no(n) i(n)uenit que saluet
ipsa semper ip(s)a (con)seruat i(m)maculata. Quid
aut(em) vobis videt(ur). Quos reos p(ro)ponit
i(n) causa ipsos et iudices perit vt ipsi
met se dampnent(ur) absolui (con)fessos (con)de(m)
nant. Magna e(st) fiducia iusticie
vbi tam aduersario (com)mittit(ur) reddere
veritatis exitum no(n) timet. In parabolis
figurat p(er)sonas eorum vt quom(od)o no(n)
intelligunt ip(s)i aduersus se sentencia(m) di
cent. Sic aliq(ua)n(do) cu(m) dauid incidisset
i(n) peccato q(ui) i(n) stupore(m) aliquo(rum) sop(er) iniu
rgilate natu(m)(?). Sic a q(ui)no p(ro)uenit eu(m)
adhuc dauid erat sentenciis verbis a
nathan parabolorum veribus reprehe
sus cogit vt ip(s)e aduersus se iudicium
mortis p(ro)ferret et con(uen)ienc(ia) quide(m)
tur tales. S(ed) i(n) c(on)cu(m)bencionis eorum
mo(do) no(n) illis. Ille e(ni)m (com)prehensus ad pe
nitencia(m) flexus e(st). Isti aut(em) magis ad
malicia(m) s(unt) excitati. Hic e(st) p(ro)pietas bo
noru(m) ho(m)i(nu)m z maloru(m). Bonus e(ni)m (com)p
rehensus i(n) peccato gemiscit q(uod) peccauit. Ma
lus aut(em) (com)prehensus fremit no(n) q(uia) s(ed) q(uia)
(com)prehensus e(st) i(n) peccato. Sicut pu(er) domesti
cu(s) aut(em) si aliq(ua)n(do) ex domu(m) errando
fuit euagatu(m) cu(m) venit i(n) manibus
d(omi)ni sui q(ui) i(n) recordatio(n)e nature sue
redactu(m) cito i(m) mansuescit. Alter
siluestre cu(m) fuit (com)prehensu(m) a mor
sib(us) appetit a(ut) calcib(us) repugnat. Sic
et malus ho(mo) correptus no(n) solu(m) no(n)
penitencia(m) no(n) agit s(ed) adhuc
v(er)sus corripiente(m) magis irascit(ur).
Duos filios
Nemo e(st) nisi ille deus q(ui) o(m)nes cre
auit pri(m)o affectu(m) de q(ui)bus sit na(tura)

Deus tamen magis vult diligi quam
timeri ut dicit quidam. Propterea in principio man-
datorum legis non dixit timebis do-
minum deum tuum sed ex toto corde tuo
diliges. Dilectionem enim ab hominibus
exigit non deum sed patris quod duos fi-
lios habuit unum quidem gentium po-
pulum, alterum quidem iudeorum. Primum gen-
tes quidem erant ex tempore noe. Iudei autem
ex abraham. Et accedens ad primum
dixit. Fili vade hodie operari in vine-
a mea. Hodie idest tempore seculi huius.
Quomodo locutus est filiis suis non in facie
ut homo sed in corde ut deus. Homo enim loquitur
in auribus verbum sonans sed deus in sensibus
suggerens intellectum. Quod autem sic loqua-
tur deus, ipse significat dicens helie: descen-
de in sareptam et illic mandabo vi-
due ut pascat te. Quomodo putas man-
davit vidue non in sermone sed in spiritu. Neque
enim legitur specialiter mandasse. Quod autem
non intelligat deum in corde eius inpossibi-
le est locutum quoniam enim ad eam helias illa col-
ligebat assellas ut sibi quidem et fili-
is suis non autem helie cibum pararet sed
repente magnanimitate obtulit ad
vicem. Quam cum extrema despera-
tione paraverat quam enim modicam habe-
bat farinam in capsa sed magnam fidem
esuriebat vidua autem pascebat quam in
illa reparatione horrea quidem confecerat
capsa autem computabat [illegible] quod fu-
erat scriptum. Divites eguerunt et esu-
rierunt, inquirentes autem dominum non de-
ficient omni bono. Quod est operari in vine-
am: iusticiam facere. Vineam enim iusticiam
dicimus ipsius. Primum generaliter quidem naturam
omnium hominum deus plantavit. Specialiter
autem dedit eam in libro iudicis. Cuius
diverse vites sunt diverse species iusticiarum
hic quoniam vinea una [illegible] vites [illegible]
as aut paucas vites operatur aut multas.
Nescio autem si totam vineam quod homo
operari sufficiat. At ille dixit: no-
lo. Quomodo dixit nolo? In cogitatu. Quia
enim habens intellectum boni et mali re-

linquit bonum et sequitur malum in cogita-
tionibus suis contra deum rudere videtur
quasi nolo. Scilicet contra intellectum suum creatum
a deo. Nisi enim dixit in corde suo nolo non
potest fieri ut aliquis peccet. Dicente propheta: Dixit
iniustus ut non derelinquat in semetipso.
Gentes enim a principio in linguis suis deum
et iusticiam eius reliquentes ad ydola et
peccata in cogitationibus suis respondentes vide-
tur: Nolumus facere iusticiam quam sermo
ex vobis. Et accedens ad alterum dixit
similiter. At ille respondens ait: eo domine,
et non ivit in sensibus. Iudaicus enim populus
cum filius minor interrogatus per moysen
et prophetam quod a deo per eos loqueretur re-
spondit: omnia que faciemus quecumque preceperit
deus. Postea autem [illegible] de
illis dicit propheta: Filii alieni menti-
ti sunt mihi. Quis ex duobus fecit volunta-
tem patris. At illi responderunt primus. [illegible]
quomodo iam diximus prius attracti parabole
[illegible] adversus se iusticiam sententiam
protulerunt dicentes priorem filium volunta-
tem patris fecisse idest populum gentium quia
melius est non promittere quam promittere et men-
tiri. Quorum iudicium abundanter confirmans
addidit et dicit: Amen dico vobis quia
publicani et meretrices precedunt vos
in regnum dei. At si diceret non solum po-
pulus gentium melior est vobis iudeis quem
iudicastis, et ipsi sed etiam publicani et
meretrices quia [illegible] vos manifestissime
[illegible] permanent vitam precedunt vos
in regnum dei. Quanto magis populus gentium
puto quod ex persona omnium virorum peccatorum
publicani ponuntur et ex persona omnium
peccatricum meretrix. Quia quamvis multa sint
peccata in viris et mulieribus precipua
tamen preponitur avaricia in viris abun-
dat. Fornicatio autem in mulieribus. Pu-
ta mulier quamvis potest esse avara aut superba
non tamen facile per superbiam aut avariciam
peccat. Quos autem aget honores aut
avariciam exortat aut cum quibus [illegible]

Ut in superbiam pereret. Que in quiete sedet inclusa sedens facile in peccatum fornicationis incurrit. In habitu quod hec vicio ex vacacionis et ocio nascitur. Sed que in sollicitudinibus animi uel occupacioni non facile operam dat fornicacioni. Secunda diffinicio amoris hec est dicitur vacantis passio. Vir autem qui in actibus diuersarum rerum est assidue in auaricie peccatum incurrit. In fornicationem autem non facile nisi forte inclinatur sicut lascivus. Secunda occupacio virilium sollicitudinum frequenter suggestionum voluntates plerumque excludit. Ut ipsum est hoc adolescentibus nichil agentium. Iuxta exposuit eam quam publicanos et meretrices precedunt eos dicens Venit ad eos iohannes in via iusticie et non credidistis, et publicani et meretrices crediderunt ei. Videntes autem vos nec penitenciam egistis postea credere ei. Aliter dicit Si non venisset ad vos iohannes in via iusticie sed cum baptismum penitencie predicasset vos qui sacerdotes prudentes et iudices non personarum sed rerum debueratis ei credere et si non quia iusto tum quia iusta diceret. Quod enim pertinet ad auditorem verba predicatoris. Si enim malo viuit illi ipse est solus dampnum. Si autem bene docet omnibus audiencium lucrum est. Sed iste autem venit in via iusticie sic manifesta ut conuersacio eius venerabilis et angelica vitam publicanorum et meretricum conuerteret corda et percussa pavore ad credendum flecteret et vestra corda non tetigit. Videtis quod iuste publicani et meretrices vos precedunt in regno dei. Considerandum autem quod conuersacio bona predicatoris predicationi prestat virtutem ut eciam indomabilia domet corda et ipsa quod predicatio iusta ex se habet virtutem. Duplicem autem hic quia et predicatio iusta est et ipse qui predicat iustus sic dicit. Vos autem nec penitenciam egistis qui publicanis et meretricibus credentes iohanni illi crediderunt quod magis est. Isti autem neque penitenciam egerunt quod minus est. Sed quia publicani et meretrices credentes in christo sunt penitenciam crediderunt. Licet enim possibile erat credere in eum possibile erat in eum credere sine penitencia quod baptismum prius predicabat. Quasi vult dicere talis est. Debuatis quod vos sacerdotes qui iustam scripturam habetis qui ipsi professores estis populares credere iohanni ut omnes illi verum sequerentur exemplum. Et non solum hoc non fecistis sed nec postquam vidistis publicanos et meretrices credentes tunc confusi estis a quantum quod publicani et meretrices crediderunt quod credere non probabant. Vos autem in ~~dura pena~~ duricia permansistis quod videbatis totius iusticie sectatores. Et nec tunc penitenciam egistis ut crederetis ut vel illorum exemplum sequeremini quod debuistis esse primi. Sed quia vos magis sunt pecto erastis quam illi ut illis credentibus vos non credidistis in ipso. Sed magis comparatores dei magis superbi et vane glorie amatores et dicitur quod nec credere illos voluistis in fide non sequi. Et vere magna confusio est sacerdotum et omnium clericorum quando layci inueniuntur fideliores ac iustiores. Quod autem non sit confusio illos esse inferiores laycis quos eciam equales esse confusio. Igitur probat parabola cuius prophetabat quod gentes quandoque meliores erant fuerunt eligende. Que in primis quandoque contumaciam ostenderunt postea autem obedienciam exhibuerunt et iudei qui deteriores abiciendi quia in primis quandoque professi sunt obedienciam postea inuenti sunt contumaces quod melius est apud deum non promittere et facere quam promittere et non facere. Tam in figuracione iudeorum et gencium

